



**Catechismus per omnes qvaestiones & circu[m]stantias, quae
in iustum tractationem incidere possunt, in usum
praedicatorum diligenter ac pie absolutus,**

<https://hdl.handle.net/1874/456563>

2
qca

CATE CHISMVS PER

O MNES Q V AESTIO-
nes & circumstantias, quæ in iustam
tractationem incidere possunt, in
iustum prædicatorum dili-
genter ac pie absolu-
tus, Autore
M. Erasmo Sarcerio Ann-
namoniano.

F R A N C O F O R T I ,
apud Christ. Egen.



9 T A S

R H Q E M P U T H

S O R Y D A N I C

P O P U L A R C O M

A N D T R A D I T I O

N A L Y S I S O F T

E C O N O M I C S

O F T H E U S S R

W I T H A P P E N

D E N T S O F T

E C O N O M I C S

O F T H E U S S R

W I T H A P P E N

D E N T S O F T

E C O N O M I C S

HUMANISSIMO AC
SVMMO THEOLOGO, M. LE
onardo Vuagener, Sigensis Ecclesiae
pastori dignissimo, M. Era=

smus Sacerd.

S. D.

On scripti in hunc, quem uides, libellum
optime Leonarde, Catecheseos doctrinæ
expositiones, ad quas, ut conscriberem,
adgit me singularis amor, quē erga sive
cincta illa ac simplicitia nostræ religionis
tamen sanctissima capita, gero. Si enim tam arum rerum
thesaurum spectes, quid illis articulis preciosius? quid
sublimius? Si breuitatem, quid succinctius? quid rotunda-
dus? Si ornatum, qui solet ferre ubiq; esse uenustæ breui-
tatis comes, quid limatus? quid elegans? tandem quid
perfectius? De uero dei cultu & charitatis operibus,
quid sanctius? quid purius existit decalogo? in quo adeo
nihil redudat, nihilq; deficit, quod merito dicatur e coe-
lo à summa atq; perfectissima sapientia descendisse. De
articulis fidei quid dicam? in quibus pulcherrimo ordi-
ne sanctæ Trinitatis officia ponuntur ob oculos, quid
queq; persona, nostræ salutis causa sacerdi, & adhuc fa-
cit. Orationem Dominicam quis hominum in talem ordi-
nem, idq; sub tam paucis uerbis, cogere potuisse: ita ut
septem petitionibus tamū, liceat tam spiritualia, quam

A 2

EPISTOLA.

corporalia, ad facietatem usq; petere, nec simpliciter petere, sed et certificari, quod Deus talis sit, qui et uelit et posset petita dare. In hoc enim subiectum est illi regnum, potentia et gloria. In hoc et sacramenta, tanquam signalia quedam signa, accesserunt Catechismo, ne quicquam de beneuola dei erga nos uoluntate dubitaretur. Siquidem illa una cum spiritu sancto promissiones Dei Patris in Christo confirmant. In his itaq; capitibus uolui me iuuenem Theologum primum exercere. Ne spero aliquem fore, qui meam operam sinistre interpretaturus sit, cum his expositionibus nihil aliud quae fierint nisi ut me exercearem, et simul alijs iuuenibus Theologis exercitandi preberem occasionem. Tu autem, mi Leo narde, una cum alijs maioribus theodidactis, has mesas primitias iudica, num analogiae fidei respondent, iudicatas, si piæ fuerint, proba.

Vale, Sigenz Tengorum,

XXV. Decembris.

Anno

M. D. XXXVI.

AD

AD BONARVM ARTI

VM STVDIOSAM IVVENTU

tem, Reinhardi Hadanarij

Epigramma.

L
Vrida criminibus tua si p̄ecordia affurcis
Horruerint, cuncti cassanitore boni.
Dogmata prouentus dubij diuina peribunt,
Rancidoli tetro usq; recepta sinus.
Cantio pestiferæ fiet cygnea Mephytes,
Et uirus sient Attica mellamerum.
Dostilo quis ergo pietas addenda Camœnus,
Et ueræ studio religionis amor.
Omine præsentem, tibi quos perscripsit in usus
Anæmonanus candidiore librum.

CONTENTA HVIVS LIBRI PRAECIPVA.

A, priorem: b, posteriorem chartæ faciem notat.

Expositio	Decempræceptorum.	Fol.
	Articulorum fidei.	3 b
	Orationis dominice.	47 b
	Baptismi.	59 b

Sacramenti altaris.

Q V AESTIONES ET OBIE- ctiones obiter soluta.

- An pecunia, potenia, humana præsidia &c. abijcenda
sint
- An coram Deo medijs utendum sit
- An Deus posset in creaturis uenerari
- An liceat imagines aut picturas habere, representantes
Deum aut sanctos
- Quur deus permittat incidere hoīes in idolatriā.
- An completio legis post acceptum spiritum sanctum, in
nobis sufficiat ad perfectam iustitiam
- An liceat sabbatum frangere
- Qui fiat, quod hodie maioribus nullum præstetur ob-
sequium
- Qui fiat, quod hodie paucissimi ex reliquis heredibus,
et ex seruis, et ancillis feliciter agat in hac uita

I N D E X.

- An imp̄is parentibus, magistratibus, tutoribus, dominis
 & heris obtemperandum sit 19. a
- An morositas parentum, magistratus, soluat quartum
 praeceptum ibid.
- Questio de causis latentibus sub uoce c̄edis in quinto
 precepto 21. b
- Obiectio, si quintum praeceptum & de causis intelligi
 debet, tunc nemo alienus est à c̄ede ibid.
- Obiectio contra orationem pro inimicis 22. a
- Obiectio, unde discendum sit diligere inimicos, & ordi-
 nare pro eis ibid. b
- An iniuriæ ac iniustitiae aliorum iustificandæ sint
 ibid.
- Obiectio de commoditatibus coelibatus 25. b
- Obiectio de soluendo castitatis uoto 25. a
- Obiectio de mercede coelibatus ibid. a
- An parentes possint impedire liberos à matrimonio
 ibid. a
- Obiectio contra philosophos & Scholasticos, an deus
 iudicet adfectus 27. a
- Obiectio de marito uxoris capite 28. a
- Obiectio de prohibito adulterio, & interim concessione
 pratione & scortatione 29. a
- Obiectio, ut uxores uerberibus adjici debeant, quia
 iuxta poëtam: ira amantium, reintegratio est amo-
 rum 29. a

INDEX

- Obiectio, quia impossibile est habere animum purum
ab affectibus: Ideo liberum est scriptari. Nemo enim
obligatur ad impossibilia 39 b
- Obiectio, an peccatum sit, exercere mercaturam, agere
opificem, negotiari &c. 31 b
- Obiectio mercatorum: Nemo cogitur ad emendum nos-
trarum merces: Ergo non furamus, cum eas carissime
etiam distrahibimus 32 a
- Quæstio, an licet usuras exercere ibid. a
- Obiectio in speciem contraria. Mutuo dantes, ex nihil
inde sperantes ibid. b
- Quæstio, an necessitas excusat furtum ibid. b
- An fures suspendi debeant 33 a
- Quæstio, Qui fiat, quod nostro loco seculo omnes qua-
rantur de egestate, opifices de sua infelicitate, merca-
tores de sua ibid. a
- Obiectio, de iure magistratus in honestos fures, qui hone-
sti specie furantur 34 a
- Obiectio de impatientia vulgi, erga politiæ institutionem ibid. b
- Obiectio, de transgressione politiæ institutæ ibid. b
- Obiectio, an malefacta proximi sint iustificanda, quia
non est dicendum falsum testimonium 35 a
- Obiectio, an in uniuersum non sit obiectandum alijs
aut iudicandum alios 37 a
- Obiectio, an licet crimina prodere, que uergunt in
publico ibid. b

I N D E X.

publicam internitatem	ibid. a
Questio, quando licet prodere crimina fratris	33 b
Questio, an omnis concupiscentia sit prohibita in nono precepto	39 a
Obiectio, de precio illarum rerum, quae permittantur ibid. a	
Questio, an liceat pignora accipere	ibid. a
Questio, an omne desiderium peccatum sit	44 b
Questio, an liceat seruum, ancillam abducere, aut ad se recipere sine consensu possessoris	ibid. b
Questio, an liceat seruis ac ancillis discedere a moron- sis dominis auctoribus	45 b
Questio, an possit uxor suscipi uiuente marito	ibid. b
Questio, an etiam credenda sine, que in duodecim articulis non continentur	48 b
Questio, quis conseruet nos ad uitam eternam, ne reci- damus a fide	58 b
Obiectio pro invocatione sanctorum	62 b
Obiectio contra uictum, qui est donum dei	66 a

CONTENTA DE SIGNIS ET

circa signa.

De occasione seu causa signorum, quae ea data sint	
53 b	
Definitio cause, et effectus signorum	58 a
Propositiones de uero signorum usu, et eorum contra- rijs	68 b

INDEX.

- De baptismo, methodica explicatio
Admonitio ad baptizatos
Propositiones de uero baptismi usu, & eius contrariis
72 a
De dignitate et indignitate ministerorum baptizantium
73 a
De aptitudine baptizandorum
De dignitate, & indignitate fidei iusorum
De forma baptismi
De immersione in baptismo
De libertate baptizandi cuius concessa in necessitate
ibid. a
De baptismo extra ecclesiam
De baptizatis ab hereticis
De fide, qua impetrantur effectus baptismi
De reato peccati originalis, qui tollitur in baptismo
ibid. a
De baptismo & signo mortificationis
De ceremonijs circa baptismum
De levitate circa baptismum uitanda
An liceat baptismum reiterare, ut sacramentum alterius
ris.
De infantibus domi baptizatis
De infantibus nondum natis in mundum, vel partem dicitur
qua herentibus in uero matris
De uariis baptisni contrariis

I N D E X.

An infantes baptizandi sint	ibid. a
De argumentis Anabaptistarum, contra baptismum paruulorum	ibid. a
De responsione ad singula argumenta	28 a
De argumentis pro baptismo paruulorum	30 a
De argumentis, que probant infames posse impetrare effectus baptismi	32 a
De argumentis contra rebaptizationem	33 a
De rationibus Patrum, quur sine baptizandi paruuli 84 a	
De coena domini methodica explicatio	35 b
Adhortatio ad communicaturos	36 b
Propositiones de coena domini, explicantes huius sacra menti uerum usum, una cum contrarijs	37 a
De errore negantium, Christi uerum corpus & sanguin em nobis porrigit sub pane & uino.	ibid. a
De subtracta una specie	38 a
De ceremonij: sacramento altaris additis	ibid. b
De preparatione, & dignitate, & indignitate	39 a
De duplice manducazione coenæ dominicæ	ibid. a
De effectibus coenæ dominicæ	ibid. b
De uarijs erroribus contra hanc coenam	40 a
Quid	

QVID SIT CATECHI

S M V S.

Catechismus est institutio, quæ fit ore, nostræ fidei
ad eoq; totius pietatis elementa contineat.

A N CATECHISMVS aliquid noui sit.

Prædicatio catechismi non est res noua, cuius usus il-
pore apostolorum cœpit, quando pueri, ubi catechismi
retinerent, à suis episcopis confirmabantur, atq; in ca-
rum Christianorum, factis super eis precibus, suscipie-
bantur. Et adulti interrogabantur ante baptismum de ar-
ticulis fidei. Distin. 4. de conse. §. 1. Item catechizaban-
tur per quadraginta dies de trinitate ante baptismum, ut
sie Hieronymo in tertio dialogo contra Pelagianos.

PROPTER quos institutus sit Catechismus.

Catechismus propter infantes in uerbo institutus es-
t ut certò sciāt, quæ potissima sint nostræ religionis capi-

Q VOMODO tradendus sit Catechismus. (14)

Catechismus ad infantes in uerbo pertinet, igitur sim-
plicissime est tradendus. Quam simplicē tradendi ratio
rem Apostolus 1. ad Corin. 3. uocat lactis potu alere.

DE PARTIBVS Catechismi.

Doctrina catechismi in quinque articulis consiliis

In decem præceptis.

In articulis fidei.

In oratione dominica;

BRASMI SARCE.

In sacramento baptismi, Et
In sacramento altaris.
Decē præcepta, quid deo et proximo debemus, docent.
Articuli fidei, summam quandam nostræ religionis con-
tinent. Namrum, quomodo, & à quo creati sumus, per
quem redempti, tandem & à quo sanctificati. Hinc offi-
cia sanctæ trinitatis profluunt:

Deus pater creavit nos, & disposuit, ut
salvi fieremus.

Deus filius saluos nos fecit.

Deus spiritus sanctus sanctificat nos et con-
seruat in salute per Christum accepta.

Oratio dominica est, qua omnia tam animæ quam
corpori necessaria à deo petimus.

Sacramenta sunt signa gratiae & liberationis nobis
per Christum collatae. Nam humanus captus cum per se
imbecillior esset, quam ut posset simplici in Christo pro-
missione credere: Ideo Christus humana imbecillitate mo-
tus, sacramenta dedit uisibilia signa, per quæ tanquam
per certa aliqua media aliceremur ad credendum sim-
plici uerbo.

DE UTILITATE Catechismi & contemptu.

Doctrina catechismi in speciem contempta est, cum
tamen omnia ea in se continet, quæ necesse habet homo
Christianus scire ad ueram pietatem. Multi quoq; hodie
magnis & difficilibus scripturæ libris delectantur, quos
pro

GATECHISMVS

pro concione explicant, atque in aures indocte plebed
lae, tanquam frigidam aquā effundunt. Interim sinuntur
serum uulgas, sine certa aliqua ueræ pietatis cognitio-
ne, in abstrusis scripturæ locis uagari, non aliter, atque
ignotos in peregrina & incognita regione. Ratio autem
est tam præposteræ institutionis, quia prædicatio cate-
chismi plus laboris, quam ostentationis habet.

DE DECEM PRAECEPTIS, ET PRIMUM DE EORUM OCCASIONE.

CVM primus homo Adam ad imaginē dei esset cre-
atus, hoc est, in eo perfectionis statu, in quo adhuc
hodie sunt sancti angeli, uidelicet naturæ dei, sapientia,
bonitatis, ueritatis, iustitiae, atque a deo omnium in deo
bonorum particeps. Quæ bona, David Psalmo. 4s. hono-
norem uocat, cum inquit: Homo cum esset in honore con-
stitutus, &cæt. Postea ex iapsu & transgressione primi
præcepti Adam omnia ista bona amisit: sicut idem testi-
tur in eodem psalmo, nō intellectu homo suum honorum
factus est iumentum, hoc est, qui amplius per se nihil in-
tellegit in rebus, quæ sunt dei. Iuxta illud. Animalis hor-
mo non percipit ea, quæ spiritus sunt. Quare Adam pu-
cator factus, pro diuina natura, naturæ diabolice par-
cep factus est: pro sapiente, insipiens: pro iusto, iniu-
stus: pro bono, malus: pro ueraci, mendax: ita quod pri-
mus homo, ipsissimum satanæ principium sit effectus, si-
lius iræ, & æternæ damnationis.

Propri

TRASMI SARCE.

Propter huius peccatum nos omnes, atque sic totum
humanum genus, satanæ, peccato, mortii & maledictio-
ni subiectum fuit, non secus ac propria mancipia, quæ sa-
tan pro arbitrio & libidine, ad omnis generis flagitia ra-
pit, cuicunque homo ex se non potest resistere.

Et quemadmodum Adam prouolutus in peccato, nul-
lo humano consilio aut opere, id quod amissum erat, re-
parare potuit: Ita nec nos è peccatis, nostris conatibus,
egredi possumus. Cæterū ex misericordia accessit deus,
cum Adam esset inimicus dei, et mortuus in peccatis, at-
que Adæ opem porrexit, addita promissione de semine
mulieris, quo conteretur caput serpentis, et daretur
subsidium contra satanam, peccatum, mortem & male-
dictionem. Hæc promissio Euangelium erat, in quo spem
habebat Adam, postea subinde renouatum, et sensim ac
sensim clarius traditum sanctis patribus, donec ueniret
tandem promissum semen.

Interim autem dum ueniret semen promissum Adæ,
& sanctis patribus, emisit deus è cœlo leges quasdam, qui
bus uoluit suam uoluntatem declarare & ostendere, quid
uellet suum, quem tum selectum habebat populum, in
hac uita, operari. Siquidem extra uerbum dei, non est
certa diuina uoluntas cognitio. Et quanquam genti-
bus nullum studium defuit, quo cognoscerent deum, pa-
rum tanen aut nihil effecerunt, uerbo destituti.

Dæ autem sunt illæ leges cœlius, non propter aliæ
finem,

CATECHISMVS

finem, nisi quia deus promiserat Christū, in quo rediret amissa per Adam bona: Igitur necessariò esset certus quidam populus, in quo promissiones de Christo reuelariuntur et retinerentur, donec promissus ueniret. Et quia huius populus ad tantas res erat electus à deo, triplicibus legibus illum adorauit, nimis: moralibus, iudicitalibus & ceremonialibus, non quibus iustificarentur coram deo. Nam in hunc usum Christus promissus erat, sed ut ea exactione duceret deus ad cognitionem innatę malitię, & cogeret aspirare ad Christū seruatoře. Est enim lex, cognitione peccati, ad Rom. 3. Et pædagogus ad Christum, ad Gala 2. Porrò quia Christus uenit, populus illius legis, una cum sua politia cessauit. Nam sicut Christus erat rex liber, ita decuit eum tale etiam regnum, quod esset ab omni obseruatione alienum. Quemadmodum & ipse testatur: Regnum meū non uenit cum obseruatione. Nihil itaq; nos, qui genes sumus, ab hoc populo accipimus, sed satis est, manere nos apud uerbum à Christo propositum, & apud legem naturae. Verum, quia uestus Testamentum, insignia diuinæ misericordiae & ire exempla proponit. Et quia catalogus insignem methodum legum naturalium continet, explicantem leges naturales, ideo Mosen cum suis scriptis retinemus, non quia ipsi talium scriptorum autor est, sed quia seruit nobis ad confirmandum animos nostros Christi nomine, & quia honestus cataphrastes est, paucis cōpletens in suo decalogo,

ERASMI SARCE.

9

quod alioqui cum difficultate ex lege naturæ eruendum
eſſet. Propter hunc finem & iudiciale imitamur. Videlicet
quatenus consentiunt cum natura & explicant eam.
Ceremonialia imitari licet, ad caligare non licet.

DE TABVLIS X. PRAECEPTORVM.

Legem filijs Israël proponendam, duabus tabulis lapi-
deis, quas suo opere fecerat Deus, suo dígito inscripsit,
Exodi 31. & 32. Hæc grauitatem legis & onerositatem,
item lapideos filiorum Israël animos in seruanda lege, si-
gnabant, quas Moses portans de cœlo fregit, hoc signum
fuit, legem scissa ac fracta pectora facturam. Prioris ta-
bulæ præcepta, quid Deo debemus, docent. Et hæc fidei
præcepta sunt, quæ non nisi fide capiuntur & perficiun-
tur. Reliqua in charitatis operibus uersantur, quæ debe-
mus proximo. Priora probè cognita atque intellecta, se-
cundæ tabulæ præcepta facilitiora faciunt, quæ sine prio-
ribus nunquam uerè fieri possunt. Sunt enim charitatis
opera tanquam testimonia quædam & effectus ex fide er-
ga prioris tabulæ præcepta, collecti. Itaq; pro uero isto-
rum intellectu orandus est Deus sedulò, ut inde maiori
cum fructu inscrutamus charitati.

DE I. PRAECEPTO.

Non habebis Deos alienos coram me.

Cum lex prohibet non esse habendos Deos alienos, cer-
tò indicat plures esse Deos, qui uel in honore habcantur,
vel loco Dei colantur. Hæc ideo dicimus, quia non igno-

B

CATECHISMVS

ramus, passim multos hodie reperiri, qui cauillantur
rium illud studium nostrorum prædicatorum exposito
lantium cum pluribus dijs. Inquiunt enim: Qgis nesci
unū tantum Deum esse? Interim nō perpendiculari catti
latores, quod plerūq; ex toto corde amplectuntur & co
lunt, nunc sanctulos nescio quos, nunc pecuniam, nūc po
tentiam, tandem & reliqua humana præsidia, ad que in
necessitate confugunt.

Dij alieni.

Sunt autem dij alieni propriè, ea omnia, quæ non sun
uerus Deus. Porro uerus Deus est unus Deus, solus em
potens, eternus, immutabilis &c. Hinc facile patet, qu
sint dij alieni. Nimirum quicquid est creaturarum, da
quas accedit uerus Dei cultus, qualis est: fidere creaturi
timere & diligere eas ut Deum & cæt. Sic sanctos inuo
care, est habere Deos alienos. Nam inuocatio soli Deo co
uenit, Psalm. 49. Inuoca me & glorificabis me. Sic in pe
cuniam confidere, est habere Deos alienos. Nam confi
re soli Deo debetur, teste uel exemplo de Asarege Iude
de quo ait scripture. 2. Para. 16. Aegrotauit etiam Asa
no triccesimo nono regni sui, dolore pedum uehementijs
mo, et in infirmitate non quæsivit dominum, sed magis in
medicorum arte confisus est &c.

O BIECTIO, Ergo pecunia, potencia, præsidia hu
mana &c. ab iscienda sunt?

R E S P O N S I O, Non. Sed uidendum est, ne fide
tias

ERASMI SARCE.

4

tiam & cor apponamus. Psalmo 61. Si addfluant diuitie,
nolite cor apponere.

O B I E C T I O. Deus non est tentandus, sed uten-
dum est medijs, ut infirmo licet uti medico & fidere illi de
restitutione. Diuiti integrum est etiam sine peccato non
odisse pecuniam?

R E S P O N S I O. Hic distinguendum est inter ad-
fectus, quorum quidam simpliciter sunt peccata, ut non
fidere Deo corde, eum non timere, diligere, invocare etc.
Quidam non sunt peccata, ut fidere in medicum tanquam
medium, per quod uulti iuuare deus. Timere magistratum
propter Deum, diligere uxore & liberos, invocare in lus-
tum proiectus, eum qui extrahat. Sic Asa reprehenditur,
non quia medicum accerserat tanquam medium, sed quia
in arte medicorum magis confisus erat, & quia non qua-
sierat dominum.

Coram mei

Circa me & sub nomine meo. Et sunt hæc uerba que
si per occupationem adiecta, ne quis dicat: Seio quidem
unum esse tantum Dcūm, scio quod unus Deus sit mihi at-
te omnia colendus. Verum quid obest hoc uel illud co-
ram Deo sub nomine Dei colere, maximè cum nulla sit
creatura, nullum præsidium, quod non à Deo tan-
quam autore proficiatur. Sic Israel aure um illum uitis
lum sciuerunt creaturam esse sine dubio, neq; indicarunt
hunc Deum esse, qui aliter erant edocti per uarios atque

CATECHISMVS

multos à Moſe ſermones. Sed in hac creature uoluerunt
colere uerum Deum, qui eduxerat eos ex Aegyptio. Si
Papistæ inquiunt: Nos sanctos non colimus pro Dco, Alii
loco Dei, at in illis uerum Deum colimus, ut creatorum
in creature. Subiicit igitur Moſes: Coram me, quaſi di-
ceret Deus: Tua hæc opinio, ſit quantum uis in ſpeciem
nesta, tamen honorem meum nolo cum creature commu-
xtum. Vedit et Moſes hunc prætextum, ubi ſignatè pro-
hibet idola, ſculptilia, titulos inſignes, Leuiti. 26. Deut.
4. ait: Non uidiftis aliquam ſimilitudinem in die, qua locu-
tus est uobis dominus in Oreb de medio ignis, ne forte fa-
ciatis uobis ſculptam ſimilitudinem aut imaginem maſ-
li aut foeminæ &c.

OBIECTIO, At ſcriptura permittit Deum laudare in creature?

RESPONSIΟ, Aliud eſt laudare Deum in crea-
turis, aliud eſt Deum adorare in creature, hoc prohibi-
tum eſt, illud confeſſum. Laudatur uero Deus in crea-
turis, quando Deo gratias agimus, quando glorificamus
Deum, qui creatureſ in noſtrum uſum creauit, qui largi-
tur nobis eas, qui ſeruat. Laudatur Deus in sanctis, qui
de a nobis glorificatur propter magnifica illa beneficia
quæ Deus conuicit in sanctos.

OBIECTIO, Licet ne imagines aut picturas habent?

RESPONSIΟ, De imagine Dei nō auideo quicquid
adfirmare, idq; propter multiplices prohibitions, que

ERAS. SARCE.

9

que extat Exo. 34. Leui. 19. 26. Deut. 4. 7. 11. 12. 13. 16. 27.
Quanquam Leuitici 26. reperio conditionem, quæ tan-
tum excludit adorationem, Cum inquit Moses: Non facie
tis idolum uobis & sculptile &c. ut adoretis eos. Et ui-
detur Moses istis prohibitionibus tantum uoluisse occa-
sionem idolatriæ tollere. De creaturarum picturis nul-
lam prohibitionem habemus. Quare sine peccato haberri
possunt, modo absit ab illis cultus Dei.

EPILOGVS.

Hæc uidentur sufficere ad explicationem uerborum
primi præcepti. Est autem potissima ratio, quur non sint
habendi dij alieni præter prædictas, quia Deus zelotes
est. Exodi 34. Noli adorare Deos alienos. Dominus enim
zelotes nomen eius, Deus est æmulator.

DE VERO VSU I. PRAECEPTI, ET

quid requirat à nobis.

Primum hoc præceptum cor solum requirit, nulla ex-
terna opera, nec cultus externos. Hinc etiā Moses inter-
nos cordis affectus ad hoc præceptum flagitat, cum in-
quit Deutero. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto
corde & cæ. Item 11. Ponite hæc uerba mea in cordibus
& animis uestris. Et Christus in Euangelio hoc præce-
ptum maximum uocat, quia requirit affectus cordis. Ve-
rus usus huius præcepti consistit in hoc, ut sciamus hic
cadere omnem sapientiam nostram, omnem iustitiam, o-
mnem sanctimoniam, tandem omnianistra præsidia, quæ

CATECHISMUS

in res credatas ponimus. Et docet hoc præceptum unius
soli tantum Deo fidendum esse, unum timendum ac diligen-
dum, unum cognoscendum et pro defensore suscipiendum, in quem solum coniunctionem omnem nostram fidu-
tiā tanquam in fortissimum aliquid propugnaculum,
quod contra omnes ictus satanae, peccati, mundi et mortis
seruare potest. Et haec uel sola est gloria, in qua pios glo-
riari oportet. Hiere. 9. scire et noscere Deum, quod ille
dominus sit, qui faciat misericordiam. Confirmat etiam
hunc usum articulus symboli apostolici primus: Credo in
Deum patrem omnipotentem et c. quia enim Deus omnis
potens est, ideo tueri ac defendere nos potest contra omnia
mala. Confirmant et quotidiana exempla, in quibus uide-
mus Deum seruare confidentes in eum. Inuitant ad fidu-
tiā primū præcepti beneficia Dei. Hic quia sape eri-
pit multos ex magnis periculis: igitur et nunc libera-
bit. Siquidem dominii manus non est abbreviata et c.

DE VOCABVLIS PERTINENTIEVS

ad uerum usum seu cultum primi præcepti.

Cognoscere

Formæ seu

ex Totadivinis

Inuocare

modi horū

Implorare

uocabulo-

Adorare

rūm sunt.

Diligere

Totis uiribus

Timere

Deo

p. 1

Fidere

ERASMI SARCE.

DE ABVS V I. PRAECEPTI.

Abusus primi præcepti consistit in rebus, quæ contra
vianeur uero usui, ut cōsidere in sapientiā suam propriā,
iustitiam, sanctimoniam, in humana præsidia, in creaturæ
omnes. Hec dicta pluris facere quam Dcūmaut, cum deo
conferre, ea diligere & timere supra Dcūm, non agnosce
re Dcūm auxiliatorem, non implorare Deum in necessita
te &c. Sic Asa rex Iude abusus est hoc præcepto, quia
magis confisus est in medicis quam Deo. Sic Israel peccas
uit bono fortassis zelo erigens uitulum, Exod. 32. Sic filii
Aaron Nadab & Abiu egerunt contrahoc præceptum,
Leui. 10. falsum Dei cultum institueres. Sic Israel abusus
dehonestauit primum præceptum, sacrificans Beelphe
gor, Nume. 25. Sic Asa abusus est hoc præcepto, qui in re
& Syriæ fidutiam habuit, non in domino. 2. Para. 16.

EXEMPLA PVNITI ABVS VS SEV

idololatriæ contra primum præceptum.

Asa rex Iude bellis punitus est, iuxta uaticinium Ha
nai prophetæ dicentis: Stulte egisti, et propter hoc etiam
presenti tempore aduersum te bella consurgunt. Israel
horribiliter punitus est propter erectum uitulum, Exod.
32. Filii Aaron ignis sunt deuorati à domino, Leuitici 10.
Israelitarum quatuor & uiginti millia perierunt propter
sacrificio Beelphegor, Nume. 25. Itareges Iude & Israel
subinde puniti sunt, quod foedera inierunt cum gentibus.
& quod in eis sunt confisi.

CATECHISMVS DE ERRORE HUMANAE RA-

tionis circa primum præceptum.

Humana ratio, ut in alijs omnibus rebus spiritualibus est cæca, ita & in hoc præcepto. Hæc cum uidet sibi deo proponi huiusmodi præceptum de cognoscendo deo, de confidendo in deum &c. statim ambitione occurrit, & credit se cuncta probè intelligere. Quare studet talibus præceptis satisfacere, magnifica templa extinxit, instituit ceremonias, noua quædam opera excogitat, quibus uult placare deum & uere colere. Sed obsecro, quæ est causa tantæ præsumptionis? Respondeo, quia impossibile est rationem humanam posse credere, deum ad hoc præceptum, præter fidem nihil aliud requirere. Et dum in felici statu degit ratio, confidit se omnia egregie expediuisse. At ubi res aduersæ incipiunt accrescere, & mortis pericula esse in foribus, tādem uidet quām miserè deceptasit, & quām procul à uero intellectu & complectione primi præcepti absuerit. Verè dicitur uulgari & recepto proverbio, rationem & diabolum esse stultos & ridiculos æmulatores operum dei.

DE DIFFICVLTATE I. PRÆCEPTI

Intellectus & adimplatio primi præcepti longe sunt ultra vires humanas. Et quāto quis maiori cura acerat se in intelligendo & prestanto hoc præcepto, tanto minus intelligit atq; præstat. In causa uero est humana natura corruptio, quæ post Adam lapsum ita est debilitata, quod

ERASMI SARCE.

neq; credere, neque intelligere potest tantam maiestatem,
quæ Deus est, uelle se è cœlo demittere, seruare & prote-
gere nos, in omnibus periculis. Hæc autem uera esse, nulli
bi apertius uidetur, quam in mortis periculo, in quo pri-
mum licet cognoscere, quam procul absimus à uero hu-
ius præcepti intellectu, & adimplectione. Non frustra cla-
mavit Deut. 5. Dominus: *Quis det talem eos habere men-
& sit eis bene, & filijs eorum in sempiternum?*

DE FACILITATE LABENDI

circa primum præceptum.

Nemo etiam temere aut præsumptuose credat, se ita
firmum esse in seruando hoc præcepto, quasi cadere non
possit. Est enim facillimum, in idololatriam labi, exem-
pto Aarónis, & filiorum Israël, qui ad morā saltem Mo-
sis in monte apud Dominum, uitulum erexerunt aure-
um, tum etiam, quando in nulla erant constituti necessita-
te. Exod. 32. Quoties non diffidit Israël, & in idololatri-
am incidit, post datas promissiones ipsi Mosi, de seruan-
da in omnibus lege, de fidendo, de colendo, & timendo
Deo? amen nihil minus præstiterunt, quam promissa.
Quoties non dubitauit Israël, post tanta & tam magna
beneficia à Deo exhibita, nunc de uictu, nunc de potu,
nunc de præsidio contra hostes hæsitans, Exod. 14. diffi-
dens ad aspectum Pharaonis, Exod. 15. de aqua, Nume. 13.
ressiciens ad uiros fortes & robustos in terra Canaan, in

CATECHISMVS

cipit diffidere atque cupit redire in Aegyptum.

QVAESTIO. Quur igitur permittat Deus subim
de nos incidere in idololatriam, & sinat nos agere contra
primum præceptum? Respondebat Moses Deute. 13. Deus
tentat idololatria & falsis prophetis, ut palam fiat, an di-
ligamus Deum ex toto corde & animo &c. Et etiam ido-
lolatria poena peccati, qua punit Deus non scruentes eius
præcepta. Sicut Moses aperte ostendit Deu. 4. ubi promis-
tit legislator Israeli cultum Deorum alienorum ex ligno
& lapide fabricatorū, si non scruerint præcepta dei at
que adeò uerum Dei cultum. Neque alia ratio quærenda
est apud nos, quur Deus permiserit nos tam diu sub impie-
tatis Papisticæ regno agere, nisi quia peccata nostrorum
parentum & nostra meruerunt.

QVORSVM FVGENDVM sit, ut uerè in-
telligamus primum præceptum & compleamus.
Non tamen desperandum est de intellectu & comple-
tione huius præcepti, sed descendus est hic uerus huius
præcepti finis, & quur datum sit. Nimurum cum in-
telligam in meis uiribus non esse, uel capere uel praesula-
re illud, quo adspirem & circumspiciam ad Christum,
qui huic mandato solus satisfecit, & propter quem pro-
mulgatum erat, ut ei satisfaceret. Sic enim ait Matthæi
capite quinto. Non ueni soluere legem, sed adimpleri.
Ubi palam testatur Christus suum esse officium legi satis-
facere ad perfectam iustitiam ualentem in coniectu Dei.

Hic

ERASMI SARCE.

Hic itaque Christus fide apprehensus, largitur nobis spiritum sanctum, qui creat in nobis nouos motus, ut uerè intelligamus & compleamus hoc primum præceptum, si-
cū & cetera. Quanquam sub maxima infirmitate, quam
tamen Deus boni consulit propter suum Christum fide
tu apprehensum.

QVAESTIO. An completio nostra post acceptum spiritum sanctum sufficiat ad perfectam iustitiam, quæ posset opponi Deo pro peccatis?

RE S P O N S I O. Non. Nam post acceptum etiam spiritum sanctum nunquam adeò uerè & perfectè complemus præcepta, ut nostra adimpletio iræ diuinæ opponere posset pro peccatis. Hanc enim perfectam impletionem ad iustitiam soli Christo reseruauit Deus pater, placenter tamen Deo nostra opera, & placere incipiunt propter Christum, & si infirma ac impura, non ad iustitiam, quam prius habes propter fidem in Christum, sed ut bonis operibus testaris te uerè credere, neque etiam operibus abhorreas seruire Deo.

QVID IVRIS MAGISTRATVS HABET in hoc primum præceptum.

Magistratus fidem dare non potest, nec in eius est manu prohibere fidem, nec præscribere credendi formam. Externa tamen impedimenta auferre potest, quibus fides atque adeo uerus Dei erga primum præceptum cultus impeditur, ut sunt publicæ hominum impia do-
centium

CATECHISMVS

centium conciones, effigies ad impietatem prouocantes, quales non sunt numero paucæ in Germania, olim in magna superstitione cultæ, & sic reliqua externa obstatæ. Prohibere autem fidem, & cogere ad fidem, ut diximus, neq; debet, neq; potest Magistratus. Sic Iosaphat^{2.} Para. 19. legitur lucos de terra Iuda abstulisse, atq; nō vocasse populum ad uerum Dei cultum. Idem Iezekiel feicit. 2. Para. 31. & 29. Manasses idola destruit post suum redditum ex captiuitate. Idem Iosias fecit &c. Et quia magistratus præceptum habet, Psal. 2. de suscipiendo Christo, hoc est, uero uerbo & pietate. Ergo & mandatum habet tollendi ea, quæ ueram pietatem impediunt.

DE VIRTUTE NATURÆ IN I. PRÆCEPTO.

Natura in primo hoc præcepto ducere potest ad cognitionem Dei, uidelicet, quod sit Deus, qui creet, gubernet, et conservet omnia, ad Ro. 1. Ex creatione mundi &c. dum peruidetur ipsa æterna eius potentia ac diuinitas etc. Verum ad uerum Dei cultum ducere non potest, idque propter corruptionem, scilicet, ut ex animo fidas Deo, diligas illum & timeas. Id quod solius Spiritus Sancti officium est donati à Christo, dum creat in nobis novos motus &cæt.

DE II. PRÆCEPTO.

Non assumes nomen Domini Deitui
in uanum.

Secundum præceptum nunc docet, quid illi Deo debet
mut.

ERASMI SARCE.

9

mus, qui in primo præcepto promisit se fore nostrum Deum, quiq; cum omnibus bonis se obtulit nobis. Quid igitur illi debemus? Honorem scilicet, gloriam, & gratiarū actiones, quas tum persoluimus Deo, quando nomen Dei magnificimus, & in magno habemus precio.

QVID DISCRIMINIS SIT IN

ter primum & secundū præceptum.

Primum præceptum cor, adeoq; internum animum requirit, externi planè nihil habet. Secundum tam internum animum, quam linguae puritatem flagitat. Alterum tamen ex altero oritur. Qui enim uerè intelligit, ac cognoscit Deum ex primo præcepto, ille postea etiam curabit, idq; propter magnum illum amorem, quem gignit dei cognitio, ne nomen Dei in uanum accipiat.

Non assumes.

Assumere, hoc in loco est summa reverentia, omne id quod de Deo dici, aut prædicari potest, pure amplecti, commendare & magnificere.

Nomen Dei.

Nomen Dei hic significat famam Dei, uerbum Dei, & omne quod de Deo prædicatur.

In uanum.

In uanum accipitur nomen Dei, quando ad id pertrahitur, ubi dedecori est, & damno alijs, aut ubi nomen Dei cogitur propter nostros abusus suam naturam exuere, que est, iuuare, protegere, & saluti esse omnibus.

EX

CATECHISMVS

EXPOSITIO II. PRAECEPTI.

Est itaq; non assumere nomen Dei in vanum, nomine dei
in summo honore habere, et est credere illud in salutem
et præsidium nobis esse contra omnia pericula et adver-
sitates, quæ nobis accidere possunt. Sicut Salomon de no-
mine dei testatur, Prover. 18. Arx munita nomen domini
ad eam curret iustus, et defendetur.

DE VERO VSU II. PRAECEPTI.

Vsus secundi præcepti uerus consistit potissimum in ho-
nore nominis dei, hoc est, ut ea omnia, quæ deo dici po-
sunt, magnificiamus ac; summo prosequamur honor.
Verè itaq; utimur hoc præcepto, quando in omnibus ne-
cessitatibus ad hoc nomen confugiamus, illi confidamus,
etiam proiecti in pericula non blasphememus illud. Quæ
admodum et Apostolus monet ad Colos. 1. Omni robore
corroborati et c. ad omnem tolerantiam ac patientiam
gaudio et c. Est etiam constantis et uerè fortis animus
periculo seu cruce, aut non dissidere deo, aut prorsus non
blasphemare Dcū. Præterea ne in necessitate confran-
nos aliò, quam ad nomen Dei, auxilijs querendi gratia. Vi-
ru ut nomen Dei semper et ubiq; laudemus, patienti am-
mo præsidium eius expectemus, et sedulis precibus cup-
iamus. Porro quia ita utitur nomine dei, illius deus uult
esse protector atq; defensor, et hoc proper promissiones
in primo præcepto factas, quibus promisit Deus suus aux-
ilia omnibus ex fide nomen eius inuocantibus.

ERASMI SARCE.

DE Abusu secundi præcepti.

Abutuntur hoc præcepto, qui nomen Dei non glorificare, qui famam Dei non prædicant, qui uerbum dei non magnificiunt, qui nomen Dei non invocant. In summa, qui negligunt hoc nomen, & alio, quam ad nostram salutem protrahunt, quicq; & aliud querunt sub nomine dei, quam adfirmant. Item qui hoc nomine maledicunt, alijs malum imprecantur, iurant falso, qui Dei nomen in testimonium uocant ad confirmanda mendacia, quo eo commodius aut sua bona distrahit, aut facilius alijs imponat, qui hoc nomine utuntur ad incantationes, ad exerceda maleficia &c. Hodie laudi datur, quam maximè abuti hoc nomine, et passim laudantur, qui ex nomine Dei quamplurima possunt congerere conuicia. Sic quis hodie non egregie commendat Satrapas illos in aulis Principum uersantes, dum ad extremum conuiciantur, & blasphemant nomen Dei? Quanta spes fortium animorum concipitur de illis pueris, qui omnis generis conuicia expuere possunt in hoc Dei nomine? Stipendiarij milites conuicia & blasphemias nominis Dei pro certis signis gerunt, è quibus eorum fortitudo colligatur.

Nostri olim parentes reliquerunt nobis insignes alienorū benedictionis sententias, quib. alter alteri sub nomine Dei felicitatem precabatur, quales sum: seruet te deus, soleuit te Deus, fortunet Deus res tuas, custodiat Deus ingressum & egressum tuū &c. Hodie liberis nostris horre

CATECHISMVS

das nominis Dei blasphemias relinquimus, abominanda
passionis Domini nostri Iesu Christi conuicia. Nec mirum
est balbutientes ferè pueros ita conuicijs ludere, hoc enim
uicij à parentibus contrahunt, & quod parentibus cora-
cessum est, hoc & liberi sibi licere putant. Huc spectant
& aliae blasphemiae contra uerbum Dei, quales sunt: falso
so interpretari scripturam, invocare hoc nomen sine ne-
cessitate, orare ex consuetudine tātum, multiplicare ut-
ba inter orandum, sine cordis affectu, boare in templis
sine cordis motu psalmos, & alios è scriptura cātus, p̄fū-
lere in ebrietate & temulentia pias cantilenas in pōlio-
cis diuersorijs, quo peccato hodie grauiter peccant etiā
noſtri, boando fortiter inter bibendum, ostentantes se Ego
angelicos.

Nec satis est, si ipse non abutaris nomine Dei, aut ipse
non conuicieris sub hoc nomine, nisi & alios reprehende-
ris, qui hoc faciunt. Imò multos hodie reperire licet, qui
cum ipsis non blasphemant nomen Dei, tamen intus in am-
mo aliorum blasphemij delectantur.

DE GRAVITATE TRANSGRES-

sionis huius præcepti.

Grauissimè peccant, qui contrahoc præceptum delin-
quunt. Quidam valde peccatum esse uociferantur, nec lat-
men temere, cum adulterium commissum est. At lōgē gry-
uius peccat, qui nomen Dei blasphemat. Qui enim adul-
terium committit, in secundam tabulam peccat. Verū qui
nomen

ERASMI SARGE.

11

nomen dei exponit cōuicijs, is peccat in primam tabulā.

EXEMPLA huius abusus contra secundum præceptum.

Iob acerrimè peccauit contra hoc præceptum, capi-
te 3. Item filius Solomith mulieris, Leuit. 24. Qui iur-
gans cum viro Israëlite, blasphemauit nomini dei, et ma-
ledixit illi. Item Saul, qui contra præceptum dei con-
suluit phyonissam, 1. Reg. 28.

DE difficultate secundi præcepti.

Vt in nostris uiribus non est, primum præceptum,
aut intelligere, aut seruare, nisi per spiritum Christi, ita
quod impossibile est secundum hoc præceptum à nobis
aut capi, aut compleri posse, nisi adiuti diuinitus. Ratio
redit se intelligere, aut seruare hoc præceptum, quādo
non maledicit contra. Interim non intelligit, bona in spe
ciem opera peccata esse contra hoc præceptum. Sic non
iudicat peccatum esse; orare sine affectu, boare in tēplis
psalmos sine oī motu cordis, quoquo modo trahere no-
men dei ad quæuis, modo utilitatis gratia. Naturæ ius
in hoc præcepto uidet tātum non esse maledicendū deo.
At uires adeò non potest suppeditare, ut illi maximè ma-
ledicant pleriq; qui maximam naturæ lucē habēt. Et
hoc uidetur Paulus insinuare ad Ro. 1. cū ait, gentes qui
dem cognouisse deū, uerū nō glorificasse, neq; gratos fu-
isse. Quare necesse est, mulios quidem posse existere, qui
deū norūt, et tamē peccat, cōtra secundū præceptū, aī

C

CATECHISMVS

non glorificant deum, neq; erga deum grati sunt. Requiritur itaq; Spiritus sanctus ad completionem, & intellec-
tum huius præcepti, qui regenerando nos, gignit in no-
bis nouos motus, aptos ad glorificandum nomen Dei, &
ad intelligendum uerū secundi præcepti usum.

DE MEDIO proximè cognoscendi secundum præceptum.

Si placet proximè hoc præceptum intelligere, o-
quid potissimum requirat Deus hoc præcepto, desig-
culos ad sponsi & sponsæ collationem. Deus in primo
præcepto recepit sponsam suam, quæ Ecclesia est, illi se-
cum omnibus bonis addixit. Porro sicut nunc sponsu-
ferre non potest suæ sponsæ de honestatem, ita nec spō-
sa, ut de honestetur sponsus, aut contumelijs, uel blasphem-
ijs adficiatur, ferre non potest. Et ubi non datur spon-
si defensio, nunquam tamen non adest animus ad defendē-
dum promptus. Quæ uero sponsa contrarium facit, ta-
palam testatur se à sponsalibus affectibus alienam esse,
simulq; dat certissimum suæ scurrilitatis signum.

DE VOCABVLIS, quibus circumlo- quimur uerum huius præcepti cultum.

Confiteri		Nomen.
Laudare		Animo
Glorificare	Formæ seu	
Honestare	modi	Ore
Magnificere		Famam dei.
		Com*

ERASMI SARCE.

Commendare
Dispergere

Lingua

Gloriam.
Verbum.

DE IVRE Magistratus in secundum præceptum.

In secundo præcepto hoc iuris habet Magistratus: im
puritatem lingue seu oris, blasphemias, conuictia, & o=
mnem externum nominis Dei abusum cohibere potest.
Sic Israël lapidibus obruebat eum, qui blasphemauerat
nomen Dei, illiq; maledixerat, Levit. 24.

DE III. PRAECEPTO.

Memento, ut diem sabbati sanctifices.
Primum præceptū cor & fiduciam sine ullo externo
opere requirit. Secundum os seu linguam unā cum cor
de. Tertiū, opus. Cupimus enim à natura semper aliquid
operari, & facere, quod placeat deo. Si igitur nunc alii
quid operari uis, quod singulariter Deo placeat, nō o=
pus est, ut in cœlū ascendas, aut mare traiicias, sed audi
uerbum ex ore fratris, quod sabbato die prædictatur. Cō
mendat itaq; hoc præceptum nobis ministerium uerbi,
quod magnificiendum est, & in sedulo honore haben=
dum. Anabaptistæ nostro hoc seculo prorsus tollūt hoc
præceptum, quia negant extērnā uerbi prædicationem,
qua sublata nullus amplius restat huius præcepti usus.
Contra insanos illos ac furiosos homines satis est nobis
hoc præceptum, quod negare non possunt. Et Moses Deu
tero, 32. Item Paulus ad Rom. 10. ci. confirmat hoc præcep-

CATECHISMVS

ptum, cum docent uerbi externam prædicationem
cessariam esse.

Memento.

Imperandi hoc uerbo excitat Moses segnia & oscula nostra corda. Nam faciles sumus ad obliuiscendum uerbi dei, tardi uero et segnes ad illud audiendum. Intercidit quoq; facillime nobis gustus & delectatio in uerbo dei, qui cum aliquandiu illud audiuerimus, statim incipimus tædio affici, & nausea, exemplo filiorum Israël typico, qui naufragare coepерunt super manna leuisimo pane, Nume. 21.

Diem Sabbati:

Adiicit diem circumstantiam temporis, ut more legis liget ad certum tempus, alias satis fuisse, si tamum dixisset sabbatum.

Sanctificantes.

Sanctificandi uoce hic usus est Moses, non feriandi. Nam feriari simpliciter dicitur, ab externis operibus cessare, & ociose, ut italoquar, uiuere. Sanctificare pro sabbatum, est sabbatum celebre augustinusq; reddere, & praeter cessationem ab externis operibus, spiritu colere dominum, uocem Dei audire, & meditari in lege eius. Hinc Deuterono. 5. Moses sabbatum requiem dominum locat, hoc est, in qua dominus requiescit in nobis. Et spicet hanc hac petitiones in Oratione dominica: Sanctificans pomen tuum, Adueniat regnum tuum. Sanctificans

ERASMI SARCE.

23

Igitur sabbatum hoc modo à nobis, non ut deus sanctifi-
cetur, qui alioqui sanctus est, sed ut nos audiendo & me
ditando Verbum, sanctificemur. Sic enim inquit domi-
nus: Videte ut sabbatum meum custodiatis, quia signum
est inter me & uos in generationibus uestris, ut sciatis,
quia ego dominus, qui sanctifico uos.

DE VERO VSU HVIVS præcepti.

Vere sanctificant sabbatū, qui præ studio audiendi ex-
discendi uerbum dei, omnia negligunt, qui diem sabbatū
totum diuinis rebus desmant, qui in sabbato nihil aliud
curant, q̄ ut audiāt et discāt verbū dei. Postremo qui de-
lectātur perpetuo exercitio et pia meditatione in uerbo.

DE ABVS V huius præcepti.

Abutuntur sabbato, qui supradicto usui contraria
faciunt, uidelicet, qui negligunt Verbum, qui segniter
& oscitanter curant &c. Item qui obambulando, po-
tando, sericas uestes induendo, uel simile aliquid facien-
do, credunt se sabbatum sanctificare.

EXEMPLA huius abusus.

Abusus est tertio præcepto ille, qui Nume. 15. In die
sabbati colligēs ligna, lapidibus, iussu dei perijt. Pecc
uit et Israel contra hoc præceptū. Exo. 16. Qui uerbum
domini ex ore Mosis neglexit, et abiit contra mandatū
Mosis collecturus Māna. Abusi sunt hoc præcepto, quā
Matihēi 22. Neglexerunt paratum prandium & abie-
runt, alius in villā suam, alius ad negotiationem suam.

CATECHISMVS

DE SABBATO Iudaico.

Sabbatū Iudaicum à deo institutū erat, ut esset certum signum inter deū et Israel. Exo. 31. Videlicet ut custodiant sabbatū meum, quia signū est inter me et uos, ut sciatis quia ego dominus, qui sanctifico uos. Deinde ut haberit Iudei certum tempus, in quo exercearent se in ritibus ceremonijs diuinis, simulq; uacarent in totum pictatis posthabitis omnibus externis operibus. Verum hoc sabbatum cum reliquis ceremonialibus, quæ fieri solebant illo die, ad nos, qui ex gentibus ad Euangelium conuicti sumus, propriè non pertinet, quod aliquando etiam cœfaturum ubique testabantur prophetæ. Ne tamen omnis nobis pereat illud sabbatum et à nobis reiiciatur, p[ro]cis ostendemus, quomodo nobis prodesse poterit.

DE SABBATO Christianorum.

Christianorum sabbatum, quod iuxta prophetarum uaticinia debebat Iudaico succedere, hoc spirituale est, in quo non amplius offerimus oves et boues, sed hostias uiuentes, sanctas, acceptas deo, spirituales &c. ad Rom. 12. Præterea quod sabbatum apud Iudeos certotem pori alligatum erat, hoc iam apud nos perpetuum est, adeò quod nunc tota uita nostra sit sabbatum, in quo nihil aliud desiderare, magnificare et audire libentius debemus, quam uerbum.

QVARE NOS seruemus diem domini-
cam & reliquas ferias.

OINX

Omnis feriae à Patribus in hoc institutæ fuerunt, ut
in illis audiremus uerbum dei & disceremus, non pro-
pter huius aut alterius sancti honorem, ut quorundam
habet opinio. Ea in res sanctos patres libenter imitamus,
modo condonent nobis hoc, quod feriae sint liberæ, quæ
seruari & mutari possunt, sine conscientiæ scrupulo,
pro temporis aliarumq; circumstantiarū ratione. Præ-
terea quia communis plebecula quotidianis laboribus
impedita est, quo minus potest quotidie audire Ver-
bum, quod quidem præ omnibus laboribus meritò præ-
cipuis esse deberet, ideo institutus est dies, quem uocam
mus dominicum, non tam propter Verbum audiendum,
quæ tamen principalis causa est, quam propter corpo-
ris etiam requiem. Nam quod caret aliena requie, poë-
ta teste, durabile non est.

DE ASTV TIA satanæ in euertendo

sabbati uero usu.

Sabbatum, ut diximus, præcipue propter Verbum
institutum est, ut in eo illud audiamus & discamus. Sed
audi quid facit Satan? ille dormientibus nobis, iniicit in
medium auditorum uulgas, spiritum soporis, quod ex
equo ferè omnes credimus tempus illud perdi, quod au-
diendo uerbo teritur. Hinc obambulationes, dum præ-
dicatur Verbum, perpetuae, creberrimæ potationes, messa-
bile in ornando corpore studiū, et nescio quæ alia, qui-
bus danus operam, cum nobis Verbum est audiendum,

CATECHISMVS

ut audiem apertè adfirmare, quod satius esset prorsus
abolere sabbatum aut diem dominicā unā cum reliquis
ferijs, quam ita fœdē dehonestare. Et nisi etiam breui ma-
gistratus de illis de honestamentis prospexerit, timen-
dum est, ne deus propter tantam ingratitudinem nobis
uerbum suum tandem eripiat. Est enim Verbi predica-
tio occasio tantum, quam qui non apprehendit capilla-
rum, sentiet eam postea caluum.

D E D I F F I C V L T A T E huius præcepti tertij.
Orandum est quoq; deus profaci Christi spiritu, in hu-
ius præcepti adimpletione, quā adeō nemo præstare po-
test suis uiribus, ut etiam uideamus eos, qui ex se com-
plete hoc præceptum studēt, in medio labore corrueat.
Ratio credit se satisfecisse huic præcepto, quando in sab-
bato ociatur & uacat laboribus. Item quando auditian-
tum verbum, non aliter atque olim audiuimus Missas.
At nisi à peccatis & prauis affectibus feriaberis, nisi
corde meditaberis uerbum, nisi animi oblectatione au-
dies, procul adhuc abes à uera huius præcepti comple-
tione. Et haec præstare est sanctificare sabbatum. Athec
ex se quis faciet, nisi à spiritu sancto nouos animi motus
acceperit? Ius naturæ inuitat te quidē, ut audias deo,
qui creauit omnia, uerum ut corde audias & magnifica-
cias verbum, relictis alijs omnibus rebus & personis,
hoc dare non potest, neque docere etiam.

V O C A B U L A ueri cultus huius præcepti.

^a Audire

ERASMI SARCE.

Audire	Corde seu in-
Discere	ternis operib.
Suscipere	ac meditatione-
Magnificere	nibus.
Admirari	
Docere alios	Externis et
Meditari	sensibus et
Requiescere	operibus.

Q V A E S T I O . An licet sabbatum frangere?

R E S P O N S I O . Nullum sabbatum tam sanctum est
quod Christianos, in quo non licet aliquid facere, necessitate
aut proximi commodis coacti. Nam Christus est do-
minus sabbati. Matth. 12. Et nos qui Christi sumus, super-
iores sumus omnibus legibus, etiam diuinis.

Q V I D iuris magistratus habeat in ter-
tium præceptum.

Terrium præceptum hoc iuris relinquit magistratu-
ne in diebus, quibus prædicatur Verbum dei, sit libera
negligendi Verbi occasio, ut cessent potationes tum, lis-
sus, obabulationes in cœmiterijs, et reliqua impedimenta,
quibus abstrahitur uulgas ab audiēdo et discēdo verbo.

D E IIII. P R A E C E P T O .

Honora patrem & matrem, ut sis longæuus
super terram.

Exorditur hic Moses secundæ tabulæ præcepta,
que docent, quid proximo debemus. Differit autem tota

CATECHISMVS

hæc tabula de operibus, quæ deus uult nos præstari post cultum suum, hoc est, post fidutiam, honorem opera in suam personam. Verum quia parentes priuati sunt, quibus cum nobis uiuendum est in hoc mundo, quiq; plus laboris nostra causa faciunt quam reliquias minas, ad quos sequentia porro præcepta pertinem. Ig tur hoc præceptum de parentibus reliquis premisit. Neque uult deus etiam aliud hominum genus magis colli, quam parentes, quare dignatus est deus hoc præceptum primum habere locum.

DE MYSTERIO adfirmaſionis in hoc præcepto.

In præcedentibus tribus præceptis, quæ ad deūtanum ſpectant, ſimpliciter negatione uetus est Moses, qui etiam in reliquis mandatis uitetur poſtea, unum uero hoc quartum adfirmaſione extulit. Nimirum singulariter ergo parentes honoris mysterium inſinuans.

EXPOSITIO VERborum huius præcepti. Honorare.

Honorare hoc loco non significat ſimpliciter coleri, ſed ita colere, ut nos quaſi præparētibus ſubirabamus omni erga eos confidentia aut audacia deponita.

Patrem & matrem.

Quanquam parentes homines ſunt, tamen non dicitur Moses: honora par hominum, ſed: honora patrem & matrem, q. d. eos honora, quibus deus faciet, quoſ deus copiavit.

ERASMI SARCE.

lauit, & qui in eo uitæ genere uersantur, quod deo placet & quod probat deus.

PARENTES qui dicantur in hoc præcepto.

Nomine parentum uenient intelligendi omnes, sub quorum tutela agimus, ut sunt parentes nostri naturales, magistratus, præceptores, tutores, heri & heræ.

Longæuus.

Præceptum de parentibus ut est externum, ita quoque promissio, quæ ideo est adiecta huic præcepto, ut prouocet nos, etiam alias nolentes ad obseruationem parentum, q. d. deus, si non uolueris uinci copia laborū & curarum, quas tuo nomine tulerunt parentes & adhuc ferunt, tamen uincaris mea promissione, qua promitto tibi omnium tuarum rerum in hac uita felicē progressum. Hoc enim significatur illis uocibus: ut sis longæuus super hanc terram, ut tibi bene sit, ut uiuas feliciter, ut sentias prosperum successum in omnibus rebus tuis.

EXEMPLA præstite à deo huius promissionis.

Israel in summa benedictione stetit semper, dum præstat suis magistratibus obedientiā. Dauid in regem super Israel electus à Samuele Propheta, tamen quia Saul erat Magistratus, quamquam abiectus à domino, præstitit illi ad uitæ exitum obedientiam, quare postea magnum gaudio, in magna benedictione domini, suum imperium

CATECHISMVS

perium administrare cœpit. Item Rechabite, teste Hieronim. remia ad. 35. Quia patri suo obedierant in eo, quod precepérat eis, ne in perpetuum uinum biberent, dulcissimam hanc à domino benedictionis uocem audierunt. Pro eo, quod obedistis patri uestro et custodistis omnia mādata eius, propterea hæc dicit dominus exercituum: Non deficit uir de stirpe Iona dabit filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus. Ioseph diligens patris suū obseruator, diuenditus à fratribus, felicissime egit in Aegypto. Et Christus Iesus seruator noster obediendo illud nomen est adeptus, quod est super omne nomen. At quid iam est Christum obedientiam præstissem, primum deo patri, postea magistratibus, tandem & parentibus, nisi ut suo exemplo ad obedientiam nos prouocaret, ut sic, quicquidmodum ipse obediendo constitutus est dominus super oves & boues, sicut canit David, ita & nos domini constitueremur?

QVVR HONOREMUS personæ in hoc præcepto.

Parentes & magistratus unâ cum reliquis personis ad hoc præceptum pertinentibus, non idcirco honoramus, quia magnis à personis sunt orti, aut quia diuites sunt, aut propter alias causas, sed quia in officio diuitiis sunt constituti. Itaque officijs nomine, quod à deo est, ueneranur et colimus cum omni reverentia prædictarum personarum, sciemes eas opus dei esse & propter decum honorare.

ERASMI SARCE.

10

norandas. Iuxta illud Petri: Proinde subditi estote cuius
huius humanae creaturae propter dominum.

NATVRALES causæ invitantes nos ad cultum parentum, magistratus &c.

Humanus autem nisi plane stupidus sit et à sensu cā-
muni alienus, fieri nō potest, quin aliquādo apud se uim
tatur curarum et laborū multitudine, quam parētes lē-
berorū nomine subeunt, magistratus subditorum gratia,
præceptores discipulorum causa, et reliqui nobis maio-
res, suorū commodo. Et cū naturaliter studemus illis be-
nefacere, qui nobis benefaciūt, quir nō conferimus illud.
naturale gratitudinis beneficiū in parētes, magistratus,
præceptores &c. quorum labores & beneficia non so-
lum sunt maxima, sed etiā propè diuina. Nec credendū
est, prædictas personas, tāta facere posse, nisi deus pecu-
liarem quendam amorem illis diuinitus instillaret.

DE AFFECTIBVS LIBERORVM alque adeo omnium subditorum erga pa- rentes, magistratus, &c.

Verissima est vulgaris illa sententia: Parentes mino-
ri cum cura decem liberos fouere posse, quām decē libe-
ros unum parentem, quæ semencia non tantum de paren-
tibus & liberis intelligi debet, sed de omnibus illis perso-
nis, quibus debemus obedientiam. Sic enim una ē magis-
tratorum persona facilius et libētius centena millia sub-
sonans

CATECHISMVS

Sonam. Philosophi hos prauos adfectus senserunt etiam
horribiliter inesse in animis subditorum erga Magistris
tum, quare multa scripserunt, ut illos adfectus hominibus
eximerent, certò concludentes, nihil àequè esse necessaria
um atq; magistratum, quem naturaliter omnes homines
oderunt semper, & odio habebunt, donec mundus stet
rit. Sed sapientes suis scriptis eò peruenire nō potuerūt,
ut radicitus euellerent male sanos uulgi mortalium affec
tus erga superiores. Ideo cōsilio & spe perueniendi al
quando ad magistratum, animos hominum à seditionibus
cohibuerunt. Scripserunt itaq; in hunc modum: Neq; so
lum ijs præscribendus est imperandi, sed etiam ciuibus
obtemperandi modus. Nam & qui bene imperat, par
rit aliquando, necesse est. Et qui modestè paret, uidetur,
qui aliquando imperet, dignus esse. Itaq; oportet eum spe
rare, qui paret, se aliquo tempore imperaturum, & illū
qui imperat, cogitare, breui tempore sibi esse parēdun
Hoc temperamento usi sunt (ut diximus) philosophi, ad
refrenandos adfectus uulgi contra magistratum. Addide
runt & comminationes quasdam, quod dicereant Deum
magistratus curam habere, & grauiter punire inobedi
entes, neq; satis esse, obtemperare & obedire magistratu
bus, nisi & colerent eos, atq; diligenter. Plato ē sua Re
publica statuit pellendos eos, qui aduersarentur magistra
tibus, & dixit tales ē Titanum genere prognatos, qui
non dubitauerunt diis cœlestibus se opponere, quos &
simili

ERASMI SARCE.

18

simili poena dignos esse adfirmauit.

DE POENA inobedientiae.

Vt deus neglectum & contemptum sui nō relinquit impunitum, ita nec contemptum ac neglectum parentum aut magistratus. Duplex poena manet inobedientes liberos uel subditos: Altera corporalis est, qua in hoc mundo sentient illi infelicem omnium suarum rerū progressum, & hoc est, quod minatur promissio à contrario, non erunt longæ ui super terram: Altera aeterna est, quæ manebit inobedientes in futura uita.

EXEMPLVM PVnitæ inobedientiae.

Cham de honestando patrem suum in maledictionem incidit, ei suorum fratum seruus factus est. Datan, Choré & Abiron propter suam erga Mosen & Aarone inobedientiam uiui absorpti sunt. Absalon, quia patrem fugare instituerat, miserrime obiit. Caij Iulij Cæsaris trucidatores ad unum omnes miserè perierunt, quidam damnati in exilium, quidam naufragio occubuerunt, quidam in prælio, nonnulli semet eodem pugione interfecerunt, quo Cæsarem uiolauerant. Magis seditiosi contra Cambyses Persarum regem in Susa, calamitose ceciderunt. Rustici nostro seculo ad centena millia una estate periere.

QVAESTIO. Qui fiat, quod hodie maioribus servenullum præstetur obsequium?

RESPONSIQ. Causahuius inobedientie non est an

CATECHISMVS

est anxiè querenda, quia omnibus patet Verbū problematis considerantibus. Nam qui ille secundæ tabulae præceptum seruabit, qui primorum præceptorum cognitionem non habet. Ex his enim tanquam ex fonte promanat observationis parentum, magistratus &c. atque adeò alia charitatis opera. Optandum igitur esset, immo præstandum, ut liberi & sudditi curiose instituerentur in primis preceptis, quō discerent fidere deo, magnificere nomen dei, benter audire & discere verbum, tunc sine dubio sequentur optimi obedientiæ fructus. Et quia ad hæc commodius institui liberi & subditi non possunt, quamvis confessione, quare ea retinenda est & collapsa hodi apud multos restituenda, alioqui non video, qua ratione occurendum sit inobedientiæ.

Q. V A E S T I O. Qui sicut quod hodie paucissimi ex relictis heredibus, item pauci serui & ancillæ filiorum agant in hac vita?

R E S P O N S I O. Quia paucissimi hodie curat ha-
bitum præceptum, quod maledictionem habet comi-
tem. Hinc nihil iuuant magni thesauri heredibus reli-
cti, nihil iuuat seruos & ancillas laborare per totam vi-
tam. Deus enim non benedicit illis, propter contumeliam
& inobedientiam erga parentes, magistratus, dominos
& heras. Huc refer præsentis seculi exempla haud
meranda, eorum, qui cum maximarum opum hereditate
essent facti, tamen nunc quoquis aro sunt pauperiores.

ERASMI SARCE.

11

QVÆSTIO. An impijs parentibus, magistris
bus, tutoribus, dominis & heris obtemperandum sit?

RESPONSIo. Priora præcepta excellūt poste
riora. Si igitur parentes & reliqui maiores te à uerbo
arcere uolant, atq; adeò te ad impietatem cogere, respon-
debis cum Petro: Oportet Deo magis obedire, quam ho-
minibus. Deus enim in primo præcepto mandauit: Non
habebis deos alienos. Qua de re pulcherrimum exem-
plum extat in Catechismo Lutheri, de diuino Mauritio,
qui accessitus semel à suo rege, ut dux foret contra Chri-
stianos, breuibus respondit: O rex, quacunq; in realia me
opus habebis, senties me præsentem atq; paratum, uerum
in hoc negocio plus debeo Deo meo, quam tibi regi. Sic
& obstetrices nō fecerunt, Exo. 1. iuxta mandatū regis,
de occidendis Iudæorum infantibus, impium. Sic nec
Balaam audiuit Balaac regem, Num. 22. quanquam mul-
tis muneribus prouocatus, ut malediceret Israël. Sic Ma-
tathias, primo Machab. 2. noluit audire præceptum An-
tiochi, ut relinqueret legem & iusticias Dei. Porro præ-
cedens quæstio male soluta rusticis ante decennum, ru-
sticam stragem dedit.

QVÆSTIO. An morositas parentum, mag-
istratus, & reliquorū maiorum soluat hoc præceptum?

RESPONSIo. Morositas non soluit hoc præ-
ceptum, teste Petro: Non solū bonis, sed etiam discolis
obedite, præterea si nulla esset crux, aut difficultas hu-

D

CATECHISMVS

ie præceptio annexa, non fuisset opus tantam promissionem addidisse obseruationi parentium.

DE VERO Uso huius præcepti.

Verus huius præcepti usus est, ut cū reuerentia quædam, parentes, magistratum, præceptores, tutores, heros & heras, honores atq; colas. Primum obsequendo illis deinde præstanto in illos officia. Obsequeris uero parentibus, quando eis bene monentibus porrigit aures, et illud de quibus monent, & quo animo suscipis. Officia præstat his, quando illis carentibus, aut in necessitate constitutis, quacunq; etiam, tuis facultatibus succurris, quādo male habentes seruas, & es eis præsidio. In summa, quando tales nos gerimus, ut parentibus simus gaudio & honoris non tristitia & dedecori.

VOCABULA ueri huius honoris.

Honorare

Colere

Magnificere

Iuuare

Obsequi

Mōre gerere

Seruire

Parentes

Parētibus

Formæ seu

modi hono-

randi pa-

remes.

Timore, tremore,
simplicitate
cordis, ueritatem,
ad Eph. 6.
Animo, benevolen-
tia, ibidem.
Propter cōscien-
tiā, ad R. 11.
de Magistratu-

DE ABUSU huius præcepti.

Abusus si quis esse potest erga parentes in tanto hu-

fici

fiorum cumulo, facile colligitur ex præcedentibus.
Consistit autem abusus in his articulis, ut si qui negant
parentibus obsequium, qui eos inopia laborantes non iu-
uant, qui pro bonis parentum admonitionibus, reddunt
conuicia, qui extrudunt parentes, qui decipiunt.

DE DIFFICULTATE HUIUS PRÆCEPTI.

Cognoscitur quoq; humanæ naturæ imbecillitas, in
hoc præcepto, in quo complendo, idem potest natura hu-
mana, quod in cæteris, hoc est, præter externam speciem
ueræ obedientiæ aliud nihil potest adferre, quo studijs
tissacre huic præcepto. Ideo Apostolus ad Ephes. 6. ca-
discernit conatus naturæ, seu rationis circa hoc præce-
ptum, à uera adimptione, cum monet, non esse serui-
endum alijs ad oculum, neq; idco, ut studeamus homini-
bus placere, sed cum timore, tremore, simplicitate cora-
dis, ueritate, animo, beneuolenia &c. Hæc auem præ-
stare, longè sunt supra uires nostras, neq; eget tantus in
nobis defectus probatione, quisq; consulat suum animū,
dum debet alios uel honorare, seruire & obedire alijs, si
ne dubio reperiet sibi deesse anum per omnia consen-
tientem. Et subditi parent hodie magistratibus, nō quia
considerant hoc pium esse Dei institutum, aut rem perse-
bonam, Et si liceret corda examinare, uideremus illud pa-
rere omnino fieri sine animo consente, tanum quia
coguntur, timore poenæ percussi. Apostolus conscienci-
am requirit, ad Rom. 13. Quapropter oportet esse subdi-

CATECHISMVS

tos, non solum propter iram, uerum etiam propter con-
scientiam, hoc est, ne inter obediendum polluantur con-
sentia, affectibus à uera obedientia alienis. Possunt hec
amplificari exemplis omnium subditorum. Possunt hec
sum similiter erga suos maiores. Quare credendum est
Christo, qui fide susceptus, mitit nobis spiritum sanctum
hic tandem iuuat naturæ infirmitatē, & facit nos ad ex-
ternam ueræ obedientiæ & honoris speciem simul co-
sementem animum addere.

DE IVRE MAGISTRATVS IN hoc præcepto.

Causas inobedientiæ internas, quæ in corde sunt, ma-
gistratus tollere non potest, externos tamen effectus col-
bere potest, & sic inobedientiam liberorum erga parentes punire. Et quanto hoc maturius fecerit magistratus,
tanto minus aderit inobedientiæ. Nam uerum est vulgi-
re illud dictum: Malum, cum primum incipit, tollendu-
re, ne ubi postea uelis, non possis. Sistatim sub ipsa prin-
cipia esset medicatum rusticæ seditioni, postea non fu-
set tam a secuta clades.

DE V. PRAECEPTO. Non occides.

Hoc præceptum latius patet, quam præcedens de
morandis parentibus. Siquidem ad eos omnes pertinet,
cum quibus hic nobis degenda est uita, minoris tamen
estimationis est, quod occidere tantum effectus sit. Cote-

ERASMI SARCE.

xx

Semptus ipsorum parentum: Et ex imobedientia erga parentes, omnis reliquorum præceptorum oriatur transgressio, & existat tanquam radix omnium malorum in hac vita. Qui enim non honorat parentes, iuxta comminatio nem illi præcepto additam, in maledictione domini est, maledictus a domino satanæ est macipium, quia desertus a deo est. Talis itaq; qui non irruat in omnia flagitia simul;

Occidēs.

Occidere hoc in loco generalis uox est, quæ ut exter nus effectus comprehendit sub se omnes præcedentes causas. Est enim cædes, postremus effectus multarum causa rum præcedentium. Sic occidere hic sonat:

Irasci,
Aemulari,
Inuidere,

Inimicum esse.
Litigiosum esse.
Concertare.
Seditiosum esse.
Instruere sectas.

Vexare cum contemptu.
Indignari.

Corporis gestu animi indignationem exhibere, id quod Christus Matthæi 5. uoce Racha expressit.
Contemnere alium præse cum indignatione, quod Christus uocal, fatuum dicere.

CATECHISMVS

Insectari.

Arroganter de se sentire.

Vlisci.

Conuiciari.

Rapere ui.

Et similia.

OBIECTIO. Qui possunt haec omnia latere sub
uoce cædis?

RESPONSIO. Sic exponit Christus hanc legi,
Matt. 5. Audistis quod ueteribus dictum est. Non occi-
des. Quisquis autem occiderit, obnoxius erit iudicio. Al-
ego dico uobis, quod quisquis irascitur fratri suo tem-
re, obnoxius erit iudicio etc. In his et sequentibus etiam
aperte uides, Christum in uniuersum damnare una cum
cæde et præcedentes causas. Damnatur igitur hic cor
erga fratrem male affectum, et externa cædes simul.

OBIECTIO. Si hoc præceptum ita est intellige-
endum, tunc nemo est alienus à cæde?

RESPONSIO. Sanè nemo est. Nec mirum uide-
tur te cruciari hoc intellectu quinti præcepti. Et omnes
Scholastici doctores torsum se hic. Cum uero non hu-
berent, quo se explicarent, fecerunt ex præceptis dei
consilia, quò sic uindicaret animos nostros à desperatio-
ne. Sed alia res est cum præcepris dei, quæ deus seruari
uult, quæq; Christus non soluit. Tu itaq; qui seruare no-
potes, curre ad eū, qui potest, et qui dixit: completere le-

ERASMI SARCE.

22

gen, suū esse officium. Mat. 5. Non ueni soluere legē, sed
ui compleam. Hic fide acceptus, præsidio spiritus sancti,
dat complendi præcepta, non ad iustitiam, quam creden-
tes in Christum iam habent, sed in testimonium fidei &
professionis de nostra acceptatione in gratiam uera.

DE VERO usu huius præcepti.

Verè uititur hoc præcepto, qui primum internos adfe-
tus erga proximū malos deponit. Deinde manū etiam
cohabet, ne occidat. Item qui non ita facilè iniuria à fra-
tre exhibita, lœditur, qui ad illas iniurias misericordia po-
nit, quām præbet se uindicē, qui omnem iniuriam uincit
dicandam resignat deo, cuius solius est uindicta, iuxta illud
Deu. 32. Mea est ultio, ego rependam, qui non redi-
dit malum pro malo, qui orat pro inimicis suis &c.

EXEMPLA huius ueri usus.

Jacob iustus coram Esau, tamen humiliat se coram il-
lo et adorat eum, ne det occasionem iræ aut cædi. Gene-
sis. 33. Joseph fratribus suis hostibus beneficit in Aegypto.
Gene. 44. Moses. Nume. 11. orat pro Maria sorore inimicā
ca, licet Christus orat pro inimicis in cruce.

O B I E C T I O . Quod si orauero pro inimicis,
omnes habebunt me derisui, omnes clamabunt me peccatum
re contra communes omnium hominum affectus?

R E S P O N S I O . Christus cum docet orandum pro
inimicis, non docet uulgas hominum, sed Christianos.
Igitur inquit: At ego dico uobis. Diligit inimicos uer-

CATECHISMVS

stros &c. Si igitur uolueris Christianus esse, oportet in hac re, te omnibus sapientibus mundi opponere, qui diuersum præcipiunt. Nimurum, ut uim ui, ut lacerbit inuria, iniuriam pellas. Sic Cicero monet. Offic. Si iura etiam docente.

OBIECTIO. Quem igitur sequar: a quo discessum ut diligam inimicos, quum sapientes mundi diuersum doceant?

RESPONSIO. Christus non proponit tibi sapientes mundi, sed reuocat te ad exemplum patris, inquit, ut sis filii patris uestris, qui in cœlis est, qui solens suum exoriri sinit super malos & bonos &c.

OBIECTIO. Debemus ergo iustificare aliorū iniuriantes & profitetur innocentiam suam ubique, intermine deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis &c. decidam meritò ab inimicis meis manis. Item Psalm. 17. Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam &c.

DE ABUSV huius præcepti.

Abutitur hoc præcepto, qui omni patientia deposita, insectatur fratrem, irascitur fratri, tandem qui manum malo reddit, qui odit inimicos, qui non orat pro eis, qui non benefacit eis &c.

Ex

ERASMI SARCE.

23

EXEMPLA huius abusus & punitæ cedis.
Sic Iob peccauit contra hoc præceptum, qui Abner
pacifice à David dimissum, occidit. 2. Regum 3. Sic Da
vid, cuius dolo occisus est Urias, propter quod homici
dium, infans Davidis percutitur morte. 2. Regum 12. Si
meon et Levi maledicunt Iacob. Gene. 49. propter homi
cidium in Sichem perpetratum. Amici Hiob insectan
tes cum legerum contrahoc præceptum.

DE POENIS, quæ manebunt transgres fores huius præcepti.

Scriptura inter reliquias poenarum, quas occisoribus ho
minum minatur, quales sunt: terra sterilitas, vagitudo &
incerta mansio in terra. Gene. 4. In maledictione dei con
tra Cain, etiam capitum periculum numerat, ut is, qui effun
dit sanguinem, illius sanguis quoque fundatur. Gene. 9.
Quicunque effuderit humanum sanguinem in terra, funda
tur sanguis illius. Item Matt. 26. Qui acceperit gladium,
gladio peribit. Et haec poenæ corporales sunt, quas qui
effugient, ab æterna tamen poena non erunt liberi.

DE MYSTERIO prohibiti sanguinis in ueteri Testamento.

Nunquam non occurrit in ueteri Testamento prohi
bitio sanguinis, ut Deute. 12. Hoc solum caue, ne sanguin
em comedas. Item in eodem capite. Dumaxat sine
usu sanguinis eris. Quia nimis prohibitione, signifi
care voluit deus, quam ualde odio habeat sanguinis effu

D 5

CATECHISMVS

sionem & quod nihil aequè sit, quod magis delectus
deus, quam manus conspurcatas sanguine.

Q VERELA de infensiſſima insectatione
hominum inter ſe.

Dolendum ſanè eſt, quod nullæ bestiæ odiosius &
malignius insectentur ſe, quam homines. Vnde & gen-
tium horrendum dictum: Homo homini diabolus, quo
uerbo nihil uerius neque magis expertum habemus, ne-
ximè ubi extra verbi cognitionem uiuitur. Alio cum
Christianis res eſſe debet, quibus reliquæ gentium ſen-
tentiae conueniunt: Homo homini deus. Deus eſt mortua-
lēm uiuare mortalem.

DE DIFFICVLtate huius præcepti.

Et huius præcepti adimpletiō non eſt in manibus no-
ſtris. Quanquā ab externa cœde aliquo modo puri-
nus habere poſſumus, ſi non impediatur a ſatana, tan-
adfectus nunquam ſunt puri, niſi per ſpiritum ſanctum
mundentur, quem donat Christus credentibus. Et Chri-
ſtus Matth. 5. Expoſiturus legem et oſtenturus eā non ſo-
lum extēna opera requirere, ſed etiam puros affectus
incipit ab hoc quinto præcepto, cuius difficultatem ob-
ter inſinuat, q. d. Ne hoc quidem potestis ſeruare ſecun-
dæ tabulæ mandatum, quanto igitur minus ſeruabilitas
grauiora, de fide et timore dei? Lex naturæ de non lege
do altero exponitur per hoc præceptum, & ſequentiā.

Q VID iuris magistratus habeat in hoc præceptū.
Cedens

Cedem deus puniri uult, sicut patet ex superioribus.
Et hoc ordine fiat, constituit magistratum, qui est or-
dinatio diuina. ad Rom. 3. Suntibus in terrorcm, bonis
hero in tutelam coelitus donatus. Hic autem magistratus
uim reliquorum transgressione, externos actus et ope-
ra prohibere potest, sed animum purum ab affectibus
erga proximum prauis largitur deus, qui sedulo inter-
pellandus est in Christo Iesu, ut hic mittat nobis spiri-
tum sanctum animorum purificatorem, quo liceat etiam
consentiente animo huic præcepto respondere.

DE VI. PRAECEPTO.

Non mœchaberis.

Post cædem non aliud est maius malum, quod pròxi-
mo accidere potest, quam est coiugis dishonestatio. Hoc
enim malum non tantum coram mundo externam ad-
fert ignominiam uerum etiam uel gentibus et poëtis te-
stificantibus, cor penetrat, neq; unquam quantumuis ex-
piatum, conscientiam exagitando deserit, ut planè fure-
re videatur animus suæ coniugis stupro læsus.

DE STUDIO satanæ contra hoc præceptum.

Status matrimonij præ reliquis uitæ seu conditionum
generibus, unicè placet deo, quem ipse constituit. Gene-
z. Quem Christus Iesus dupli nominе honorauit, et
primo suo in carnem aduentu (uoluit enim nasci in ma-
trimonio) et insigni in Cana Galilææ miraculo. Et quia
hic status planè diuinus est, ideo etiam infensiſſime
hunc

CATECHISMVS

būc infectatur satan, ut solet rebus, quanto sunt deo proximiores, tanto quoque maior studio struere infidias, ut saltem interturbet eas, si non datur prorsus tollendi occasio. Neque ullum est in hac secunda tabula preceptum, quod ita cupit transgressum satan, atque hoc de non moechando. Siquidem scit copiosissimam esse omnium malorum materiam thorum coiugalem uiolare. Quare in hac re nemini parcit, etiam ne sanctis quidem, sicut est uidere in sanctissimo David, quem non modo ad adulterium compulit, sed ut adulterium committeret, simul homicidam fecit.

DE PROCLIVITATE MOCCHANDI ET POTENTIA.

Hic affectus internus, è quo postea prorūpit adulterium, præ alijs mirū in modum uexat atque exagitat hominū animos, adeò, qui semel ingressus metes humanas, nullo ferè remedio restinguī potest, cuiusque potētia ac uitius ex aequo omnes homines captiuos detinet, nec potest ad facti executionem reprimi, nisi arceatur diuina potētia. Et spectat huc locus Sap. 5. Nemo potest esse continens nisi cui tu dederis. Et locus Matt. 19. Non omnes pacies sunt huius dicti, q.d. Christus, singulare esse donum seruare castitatem, quæ sanè non in externa tantum abstinentia consistit (sicut hactenus toti propemodum mundo, stulti monachi persuaserunt) immò potius in affectuum repressione, quos ne diuus Hieronymus heremita exuere potuit, de quo legitur, quod macerandi corporis gratia

gratia, semel concesserit in deserta Aegypti, longo tan-
dem tempore elapsō, cum ieiunijs & abstinentia se mi-
serimē cruciasset, in hæc uerba prorupit: Etsi molestā
ac acerbam hanc uitam ago, tamen uideor mihi Romæ
cum pueris choreas ducere. Fugere itaque in desertum
licet, licet in monasteria se condere. At affectus habere
continemes, hoc est, quod queritur diuus Hieronymus,
alioqui superstitionis commendator castitatis.

DE REMEDIO contra proclivitatem

mœchandi.

Quia deus prohibet hoc præcepto mœchationē, et mœ-
thari tale est malū, q̄ ex æquo omnibus est insitum. Ig-
natur uolēs deus tamē malo mederi, matrimonium instituit,
quo externo aliquo opere, cohiberet internos affectus,
quibus astuandi præripitur occasio per matrimonium.

EST ENIM mœchari

Hic propriè affectuum uox, non externi operis qua-
impuritas animu & proclivitas significatur. Verū hoc
remedium ut intelligas dei institutum esse, non tantum
scriptura docet, sed & natura hoc ipsum testatur, condi-
ta a deo, quæ societatem coniugij commendat & nutri-
re sibolem præcipit. Qua obsecro de causa: nisi ut eadē
coſfirmet, idem remedium contra naturales affectus sup-
pediliet, quo minori malo, ut puta, externo matrimonio,
quod propter multas incommodates, alijs malum in-
dicat ratio, maiori occurrat, uidelicet, internis affecti-
bus,

CATECHISMVS

bus, quorum æstu nunquam non flagrat humanus am-
mus. Hoc itaq; remedium contra mœcationem tollere,
aut dissimulare, quid hoc aliud est, quam autorem de-
contemnere, naturæ inferre uim, & sibi ipsi sine nece-
tate imponere molestias ad restim usque periculofac-
Hinc Paulus satius esse dicit cōtrahere matrimonium
quam uri. Hinc prohibitionem matrimonij doctrinam
dæmoniorum uocat, quæ non habet deum neque na-
ram autorem, sed ipsum satanam.

O B I E C T I O. At qui matrimonij uinculo non sunt
nexi, commodius possunt seruire deo? Et Apostolus di-
cit, qui cœlebs est, curet ea, quæ sunt domini.

R E S P O N S I O. Potest quidem commodius serui-
re domino qui cœlebs est, quam qui uxorem habet. Sed
audi Christum dicentem: Non omnes capaces sunt hu-
ius dicti, sed ij quibus datum est. Audi tuos affectus sunt
fine molestos. Audi naturam reclamantem. Bene faciunt
qui seipso castrant propter regnum dei, ut commodius
queant seruire Euangeli. Verum non omnes capaces su-
munt castitatis, sed ij tantum, quibus datum est. Quid au-
tem facient, qui hoc donum non habent? Paulus tunc
de virginibus præcipere, cum præceptum dei non ha-
beret. Tu igitur quir mandas castitatem uerbo dei ac do-
no destitutus? Coelibem te singere poteris contra insi-
tutum dei & naturæ. At coelibem animum sine certiori
singulari dei dono possidere non poteris. Quæ uero es
coelibes?

ERASMI SARCE.

28

cœlebs uita sine consentiente animo?

OBIECTIO. Qui castitatis nomine se uoto deuo
uerum, licebit illis soluere promissum?

RESPONSIO. Votum contra dei apertum insti-
tutum nullum esse potest. Naturam & si furca expuleris,
tamen usque recurret. Mibi porro insani uidentur, ob-
ligati uoto castitatis, quod consentiente animo seruare
possunt, & sine interno æstu, quod illi ducant uxores,
precipitantes se in infinitas fere molestias. Et Paulus di-
cit bonum esse, si quis cœlebs manet, idq; propter præ-
sentem necessitatem, id est, ut careat præsentibus mole-
sibus, quibus obnoxium est matrimonium.

OBIECTIO. Quid igitur mercedis habebunt
post hanc uitam casti?

RESPONSIO. Finis castitatis non est iustitia
aut uita æterna, sicut somniarūt quidam de coronis uir-
ginitatis, sed ut liber sis à coniugalibus oneribus. Iuxta
illud, ad Corin. 7. Arbitror ergo hoc bonum esse, scili-
cet ut cœlebs maneas propter præsentem necessitatem.
Huc pertinente loci in Apostoli scriptis de commodita-
tibus uirginitatis, in quibus præfert commoditates cœ-
libatus, grauaminibus ipsius matrimonij, ut: Quod si nu-
percrit uirgo, non peccauit, attamen afflictionē in carne
habituri sunt huiusmodi. Item, qui non elocat uirginem
nuptum, melius facit. Item, beator est, si sic maneat.

QVÆSTIO. An parentes iure possint impedi-
re filio

CATECHISMVS

re liberos suos à matrimonio?

RESPONSIO. Quia incidimus in locum de uit
ginitate, & ad hanc quæstionem respondendum duxi
mus: Natura ut expelli non potest, sic nec naturales al-
fectus, quibus si laborant liberi, cogi ad castitatem et im-
pediri non debent à matrimonio, nisi pater ad peccate-
dum cogere uelit eos, qui interno æstu flagrant. Ius cui
le contra huiusmodi parentes in hunc modum loquuntur.
Qui liberos, quos habent in potestate, iniuria prohibe-
rint uxores ducere uel nubere, uel qui dotem dare nobis
rint, ex constitutione Diuorum Seu crimi & Antonij po-
Proconsules Præsidesq; prouinciarum, cogantur in ma-
trimonium collocare & dotare.

DE VOCB Mœchari.

Mœchari, ut antea diximus, est uox affectuum et in-
hememioris significationis, quam adulterari. Ponat au-
tem Moses hic mœchari postremum effectum, etiam pro-
ipsis causis adulterij, è quibus profuit mœchatio. Signi-
ficat igitur hic mœchari:

Odisse coniugem aut despicer, sicut Jacob despe-
cierat Rachel. Gene. 26.

Irasci coniugi.

Litigare cum coniuge.

Esse suspiciosum ac morosum erga coniugem.

Aspicere alterius coniugem, ad cōcupiscendū cā. Mat. 5.

Repudiare coniugem. Mat. 5.

ERASMI SARCE.

11

Debitam benevolentiam denegare. ad Cor. 7.
Vri & astuare internis concupiscentijs. ad Cor. 7.
Inmandum esse, & lascium in uerbis, Gala. 5.
Non obediare coniugi, Ephes. 5.
Non diligere coniugem, Ephes. 5.
Non revereri coniugem, Ephes. 5.
Essere amarulentum contra coniugem, Collo. 3.
Abligurire bona, ad fastigandum matrimonium cum
honestate.
Nimio corporis ornatu perdere coniugem.
Perdere coniugem nimium bibendo.
No agere curam domus, aut augendi rem familiarē. Qua
re Solomon Proverb. 11. Gratiōsam mulicrem appellat et
fortem, quae auget rem domesticam. Et similes causae ad=
huc alię multę sub uoce moechandi comprehendendi pos=
sunt, ut impudica & incasta uerba, ocium &c. ut Gen.
34. Dina filia Iacob ociando amittit suam uirginitatem.
Et sic exponit Christus praeceptū hoc de nō moechādo,
Mat. 5. cum inquit: Audistis, quod ueteribus dictum est:
Non committes adulterium. At ego dico uobis, quod qui
cūc; appexerit uxorem alterius ad concupiscendū eam,
iam adulterium commisit cum ea in corde suo. Ecquid ui
des in uerbis ad concupiscendum eam, affectus damnari,
atq; adeo omnes causas adulterij?

OBIECTIO. Ergo mentiuntur philosophi &
scholastici, qui dicunt Deum non iudicare affectus

B

CATECHISMVS

R E S P O N S I O. Verè mentiuntur. Ideo subiungit Christus, quasi per occupationem: *Quod si oculatus dexter obstatu tibi fuerit, cruce illum. & abice abs te, q.d. Christus: mundus ac sapientes mundi non decubunt te Deum iudicare de internis affectibus, aut quod ille reus sit adulterij, qui tantum aspiciat mulierem et concupiscendum eam.*

IN VIT A toriae causæ ad matrimonium.

Inuitabunt autem nos ad matrimonium multæ causæ et deterrebunt ab adulterio ac scortatione. Prima quia matrimonium institutu Dei est, Gen. 2. Deinde quia Christus tanti fecerit hunc statum, quod in eo nascitur lucrit, illum sua præsentia coluerit, tandem insigillatur strarit miraculo. Tertio, quia scriptura profundissimæ mysterium, mariti et uxoris nomine expreßerit, videlicet Christum sponsum, Ecclesiam sponsam appellans, ad Ephesios cap. 5. Postremo, quia scriptura et cum hæc leges naturæ, atq; adeò omnium gentium scripta commendant supra modum honorabile coniugium et cubilem pollutum.

DE REMEDIO AD SERVAN-

dum pacem et cōcordiam in matrimonio.

Cæterum quia tanta est dignitas matrimonij, sicut illi qui ex præcedentibus. Oportebit igitur matrimonium obnoxium diligenter illam dignitatem secum perpendere, nimisrum quod coniugii sit status, qui placet deo pro omnia.

ERASMI SARCE.

23

omnia, præterea quod ea omnia, quæ in hoc statu contin-
gent aduersa, sine à Deo & accident beneuola Dei uo-
luntate. Siquidem & hoc uerum est, uel ex 3. cap. Genè.
Multiplicabo ærumnas tuas & conceputus tuos &c. Ite
ad Adam: Maledicta terra in opere tuo. In laboribus co-
medes ex ea cunctis dicibus uitæ tuæ. Hæc quidē qui pro
be considerat, nunquā mouebitur, uel ad indignationem
vel ad odium, uel ad alias causas, quibus disturbatur con-
cordia matrimonij, quā sequi poslea etiā solet adulteriū.

OBIECTIO quorundam maritorum.

Scriptura uocat maritum caput uxorius: Ergo mari-
tus cum uxore agere potest pro arbitrio quod uult, uer-
berare, odiſſe, extrudere eam?

RESPONSIΟ. Tales tyranni sciant se quidem
esse capita uxorum, non quia ipsi sunt mariti, sed quia à
Deo capita sum constituti. Dicitur uero maritus caput
mulieris, quod eam, tanquam infirmū uas regere debet,
uariis defendere. Et est caput potestatis uocabulum,
certaratione constans, non comēptu, furore, plagiis, moro
fatae &c.

DE uero huius præcepti usu.

Hoc præceptum uerè seruat, qui ex ierne non mœcha-
tur, seu adulteratur, qui uitat omnes causas, ex quibus
fluere possit adulterium, qui habet animū ab omni con-
cupiscentia purum. Huius uetus exemplum à longinquo
nudere licet in Ioseph, qui rogatus ab hera sua, ut jecum
concumberet, Genesis cap. 39. id quod modestissime re-

CATECHISMVS

eus auit, dices: Tu uxor domini mei es, quomodo ergo pos-				
sum hoc magnū malū facere, et peccare in dominū meū.				
Formæ	corde	vo=	Mœchari.	
huius	Non mœ=	ca=	Adulterari.	
usus	chari	bu=	Scortari.	
sunt:	facto.	la:	Stuprari.	

DE ABVSV Huius præcepti.

Abutuntur hoc præcepto, qui externè adulterium committunt, qui animum affectibus mœchandi impuram habent, qui non abstinent se ab omnibus adulterij causis. Abusi sunt intellectu huius præcepti olim Pharisei, peste scholastici Papistæ, damnantes tantum crassiora adulteria, neglectis affectibus, quos ante omnia damnat Christus, Matth. cap. 5.

EXEMPLA HVIVS ABVSVS, & puniti adulterij.

Peccauit contrahoc præceptum immodestissime sed doma, una cum Gomorrha. Gene. 19. Quas urbes subiicit Deus funditus. Tribus Beniamin à domino ferre detuta fuit, quia fœdiissimè peccarat in uxorem cuiusdam Luitæ, ui oppressam. Ruben, quia concenderat cubilem tris sui, igitur à Iacob de non crescendo maledictionem accepit, Gene. 35. & 46. Dauid adulteri amisi infantem 2. Reg. 12. Abimelech rex punitus est à Deo, nondum puto adulterio, tanum quia Abrahæ uxorem rapuerat Gene. 20. Phinees zelo Dei motus, gladio perfodit Zo-

ERASMI SARCE.

29

bri & Madianiten concubentes, & commendatus est
ad domino propter factum suum.

DE POENIS Adulterorum.

Praeter poenam, qua etiā in hac terra punit deus adul-
teros, corporalem (sicut satis testantur quotidiana ex-
empla, in quibus uidemus raro feliciter agere adulte-
ros in hac terra) addit scriptura quoque æternam con-
demnationem. ^{1.} Cor. 6. Neque scortatores, neque adul-
teri, neque molles &c. regni dei hæreditatem accipient.

OBIECTIO. Adulterari prohibitum est, inten-
tum licet scortari & stuprare?

RESPONSIO. O peruerse, qui nō contētus es pec-
catis tuis, nisi et rideas deū, qui cū prohibet adulterium,

permittat tibi scortationē. Estq; prædicta obiectio aulica.

OBIECTIO. Non est malum adficere uerberi=
bus uxores, quia Amantiū iræ amoris reintegratio est?

RESPONSIO. Apage cum scortatorio isto uer-
lene Huren vnd Puben, ira subinde reuocare amorem.

DE LVRE magistratus in hoc præceptum.

Qui hoc præceptum externè seruare nolunt, in eos
magistratus ius gladij habet. Quanquam interim ani-
mum iudicare non potest, quem suo tempore iudicabit
Deus, iuxta illud: Scortatores & adulteros iudicabis
deus, ad Hebre. ^{13.} Sciant itaque omnes huius criminis
rei, & si subterfugient uindictam magistratus, deum ta-

CATECHISMVS

men vindicaturum aliquando adulterium. Ego audeo
adfirmare, quod non uiderim adulterium ab ijsse impuni-
tum, si non gladio, tamen extrema miseria et ignominia.
Exemplis plenus est totus mundus.

O B I E C T I O. Impossibile est habere animum pu-
rum ab affectibus. Ideo liberum est scortari. Quis enim
obligatur ultra vires?

R E S P O N S I O. Impossibile quidem est posse ho-
minem per se habere purum animum ab omnibus con-
piscientijs. At ideo non datur tibi hac impossibilitate oc-
casio scortandi, sed ut configicias ad eum, qui spiritu po-
test mundare cor tuum ab affectibus et impossibilitati
bi reddere possilia.

D E D I F F I C U L T A T E H U I U S P RÆC E P T I.

Id quod humana natura potest in complendis super-
rioribus præceptis, hoc quoque et hic ei prestare et
integrum, uidelicet externe aliquo modo se absimere ab
adulterio, si non impediatur a satana. Cor uero purum
ab affectibus ac omni interna etuatione è celo datur.
**Quare et hic requiritur spiritus Christi, sine quo no-
stra completio non placet deo. Et Paulus ait 1. Corin-**
Vt sit sancta et corpore et spiritu.

D E V I I . P R A E C E P T O.

Non facies furtum.

Multo leuius est incommodum externorum bonorum
subiractio, quam de honestate coniugem. Et quanquam
benignus

leuius est malum, idq; propter externum opus, tamen quia furtum etiam respicit ad rerum spiritualium substrationem, ideo perniciosius est incommodum. Adulteriū ad uerum verbum conuersi, quod si habent, saluis possunt fieri. Vbi uero syncerum uerbum farto ablatū est, ibi nō potest esse salus. Quare firmiter credendū est, deum legis huius datorem, sublimius quiddam per furtum intelligere uoluisse, quam simpliciter rerum corporalium ablationem, quae fortassis excusationem merebitur, ubi extrema necessitas furem ad furtum committendum adegerit. Excusari autem nō poterit uerbi furtum.

QV ID sit furtum facere.

Est itaque furtum facere, tam corporalia quam spiritalia bona, dolo aut impostura, clam siue aperte subtractere atque auferre. Et sicut Moses hactenus in secunda tabula, consuevit extremum effectum tantum ponere, relictis causis, ita & hic facit. Addemus ergo et causas, ut melius intelligamus quid sit furtum facere, ut: Cogitare alterius bonis subtrahendis.

Adfectare alterius bona, Christus enim damnat adfectus prauos. Matth. 5.

Cogitare de furto uerbi.

Adfectare, ut uerbum cuiuscunque rei gratia, tollas.

Iuuare alios aut re, aut consilio, ut subtrahas proximitate bona, aut ipsum uerbum.

Prædictu ueritatis decipere, ut alterius bona ad te acci-

62 CATECHISMVS

pias, aut defraudes proximum de Verbo uero,
Blādis uerbis et ore peruerso proximū bona aduentā.
Falſo interpretari uerbum, ut auferas uerū intellectū.

His adde:

Imposturas omnes, quibus infidiaris proximi bonis, &
corporalibus quam spiritualibus, ut:
Subordinare alios furti gratia.

Dolo contractus inire.

Pluris diuendere merces, quam iustum est.

Falsas merces pro ueris supponere.

Vti falsis ponderibus, ulnis, modijs &c.

Exercere usurias iniustas.

Ociari.

Negligere suam uocationem & officium.

Non iuuare egentes tu diues.

Laborare pro mercede segniter, & labores pluris exi-
mare, quam æquum est.

Insumere immodi cè sua bona.

Volens & lubens in impiam ruere.

Non custodire parta.

Grauare alios sumptibus, cum tu possis laborare.
Auarum esse. Est enim avaritia radix omnium malorū:
Ergo & furti atq; adeò ferè omnium prædictorum ma-
lorum. Sic uentris gratia adulterant prædicatores au-
ri Verbum, mercatores merces defalsant et cæt. Quare
merito principalis causa ipsius furti avaritia dici pos-

ERASMI SARCE.

32

les, quæ principaliter instigat ad furtum: Et quia hic
avaritiae affectus horribiliter inhæret omnibus homi-
nibus à natura, ideo sentiendū est quoq; omnes homines
natura esse fures. Porrò & omnes natura cupimus osten-
tare nos, et omnium rerum, ut Gnafo Terentianus de ia-
ciabundis dicit, primi esse. Igitur ut sint, qui admiremur
nos alij, oportet egregiè furari, ut conceptam de nobis
apud alios magnificeniam & gloriam tucamur. Hinc
post avaritiam minus principalis furti causa est elatio
animi adspirās ad glorias magnas. Hæc causa apud pre-
cipuos mundi familiarior est, qui natura tendunt ad ma-
jora. Vnde accedit, quod qui sunt in mundo maximi-
sunt etiam maximi fures. Magni enim sumptus pertinet
ad sustentandum potentes ac magnos homines.

D E D V O B V S generibus furum.

Sunt autem duo furum genera: Quidam sunt fures
qui aperto ac iniurioso facto declarat se tales esse. Hi ple-
rung; iuxta vulgarem ac communem sententiam confir-
mant iura de suspēdendo tradita, et suspenduntur: Qui
dam sunt, quos scimus fures esse, et tamē honoramus eos,
ut honestiores, sepe constitutos etiam in magistratu, qua-
les sunt hodie sere ditissimi mercatores & opifices o-
mnium primi. Hi tantum absunt à suspēdendo, ut illis li-
berum sit, non modo furari immodece, sed etiam impunē
gloriari de furtis: adeo quod cum deceperint aliquem, in
bas nunc receptissimas prorumpunt sentencias:

E 5

CATECHISMVS

Ich hab einen über das seil geworffen/
Ich hab einen lassen über den füß springen/
Ich hab einem vff das aug gedrückt/
Ich hab einem vff der nasen gespilt/

Hi autem fures uerè duplices dicuntur. Furantur enim
impunè, et simul impuniti gloriantur de furtis. Sed tan
tum, quia inter furandum prætextum boni gerunt, idcir
co à cruce sunt liberi. Pertinet ad hoc genus furarum, p
pacum toto suo regno, hoc est, pseudoepiscopis suis,
quia hi animarum sunt fures, et ideo tripli supplicio
digniores præ alijs rerum temporalium furibus. Pertin
net huc officarij illi, qui præsunt officijs, & quos officij
dignitas excusat esse fures. Mercatores, quorum furia
sunt ultra modum. Opifices, qui sua farta fuso laborum
& sumptuum defendunt. Agricolæ, qui ad excusandum
furta, grauamina magistratus prætendunt. Oenopoli,
qui propter censum tuentur se à furto alienos. Insuns
ma, spectant huc omnes homines, qui sub prætextu boni
atque honesti furantur.

OBIECTIO. Ergo mercaturam exercere, agere
opificem, præesse officio, negotiari &c. peccatum est

RESPONSI O. Talia per se non sunt peccata. At
sine conscientia hæc exercere, & cum damno proximi
nunquam possunt fieri sine peccato.

REGVLA MERCATUS & OMNIUM ACTION
UM IN OMNI NEGOCIATIONE.

Omnia

ERASMI SARCI

38

Omnium actionū ac negotiationum temperamentum
est, ut sic facias alteri, quod tibi ab altero fieri uolueris.

DE SIGNO cognoscendi fūta.

At inquiunt quidam, quo signo deprehendam me fu-
xari inter negociandum? Respondeo: hoc docebit te præ-
dicta regula, quam ubi transgressus fueris, statim pro-
clamabit te conscientia furem. Est enim conscientia mil-
le testes, quæ seponi potest a furibus dum furantur,
uerum extingui non potest, manentibus interim acu-
leis illius.

O B I E C T I O. Nemo cogitur ad emendum nostras
merces: Ergo non furamur, cum eas etiam carissimè di-
strahimus?

R E S P O N S I O. Antecedens uerum est de per-
sonis. At si tu non cogis, tamen merces cogunt, quibus ca-
rere emptores non possunt. Consequens falsum est omni-
no, quia agit contra prædictam regulam.

Q V A E S T I O. An liceat usuras exercere?

R E S P O N S I O. Licet, sed ita ne peccetur contra
prædictā regulā. Exempli gratia. Est qui dat mutuo cen-
tum auricos, & de illis accipit iuxta cōstitutionem Cæsa-
rum quinq;. Ego modò uelime a pecunia recte uti, non
solum proderunt mihi illi aurei, in quantum postulabit
usura, sed etiam ex illis fecero maius lucrū. Sic: quia non
in damnum uergit illa usura meum, quur ergo dubitem.
ego illi benefacere dando usuram, qui mihi bene fecit?

Obiectio

CATECHISMVS

OBJECTIO. At reclamat locus ille: Mutuo dantes et nihil desperantes.

RESPONSIO. Solutio pendet à conditione personarum. Qui enim reddere non possunt, ab illis nihil est exigendum. Sed quo iure non persoluet aut dabit aliquid qui potest sine incommode?

DE VERO huius præcepti usu.

Verus usus huius præcepti est, ut in omnibus rebus iuntes proximum tuum et animo et facto, ut eius bona augementur, tam corporalia quam spiritualia.

DE VOCABVLIS uerius.

Iuuare proximum

Ex corde.

Custodire bona modi seu forme

proximi

Augere ea

Externo factio-

DE ABVSU huius præcepti.

Peccant contra hoc præceptum, siue publici siue privati fures, qui primum adfectant alterius bona, quoquo modo captantes occasionem auferendi ea. Deinde qui opere externo complent, quod adfectarunt abripere.

QVAESTIO. An necessitas excusat furtum?

RESPONSIO. Non. Quæ enim potest esse tanta necessitas, quæ possit opponi aperto mandato dei? Et satius est mori fame, quam furtum committere. Sicut et melius esset corpus exponere omnibus periculis, quam negare Verbum.

Quæ

QVAESTIO. An fures suspendi debeant?

RESPONSIO. Quæstio de suspendēdis furibus uidetur contrariari legi dei. Nam in veteri Testamento non suspendebantur fures, sed restituebat quadruplum. Verum quia Moses ad nos non permittet, nō ligamur Moysica lege. Et quia nemo disputat, quod contra deum sit, homicidas plectere. Quis ergo adseueret contra deum esse, suspendere fures? At dicas suspensionem furum contumaciam tantum esse, non legem? Respondeo. Et consenseris, quod legis est species, approbata ac confirmata à Cæsaribus. Et hi magistratus sunt, quos approbat Deus. Ergo & illorum constitutiones. Contra naturam non potest esse furum suspensio, quia natura concedit pacis ac communis societatis perturbatores tollendos esse, ut communis pax atque tranquillitas seruetur, sic permisit natura habere priuata, cum lege naturali alioqui communias sint omnia, ut humanam societatem conseruaret.

QVAESTIO. Qui fiat, quod nostro hoc seculo omnes querantur de egestate? Opifices de sua infelicitate, mercatores de sua? &c.

RESPONSIO. Quia hodie pauci agunt in suis officijs seu uocationibus sine impostura ac furto. Deus autem subtractis furto bonis & impostura acquisitis non benedicit. Et cui deus non benedicit, ille non potest ditescere, iuxta illud, Proverbio. 10. Benedictio domini facit diuitias.

CATECHISMVS

DE RAPINA.

Restat & de raptoribus dicere, hoc est, violentis fabiis. Est enim rapina furtum uiolentum. Illi plerumque neq; necessitatem, neq; praetextum boni ullum habent, ad excusandam rapinam. Sed tantum, quia libertas ex mea amici malitia ac libidine, alijs dana adiungunt. Huc sociatur latrones & prædones, milites & equites. Olim nomen erat latrones, qui regibus proximi a latere sedebant, sum quidem, quando erant feliciora tempora, hodie latrones uocantur illi, qui ex aulis principum, exercem rapinam, & deprædamur alios. Erat & militis appellatio aliquando honestior, quam hodie est.

DE DIFFICULTATE HUIUS PRÆCEPTI.

Hoc præceptum ut reliqua, à nobis nisi externo assecurari potest, id si fit, persuasum habet sibi ratio, de perfida adimpletione. At sicut ad omnia præcepta requiriatur animus ab affectibus purus, ita & in hoc præcepto conscientiens animus solus, addit exernæ completioni uires. Cæterum, talem animum largitur spiritus sanctus, recte fidelium ac credentium in Christo.

DE IURE magistratus in hoc præceptum.

Animum, ut sæpe dictum est, magistratus à uicis pugnare non potest, manus cohibere potest & externa iurata prohibere. Internæ cause quatenus non crumpantur, liberæ sunt à magistratu.

Obiectio

OBJECTIO. Hoc prædictum ius ad eos pertinet, qui aperto facto furantur. Quid uero iuris habet magistratus in eos fures, qui prætextu honesti exiccant aperi suis furitis integras res publicas?

RESPONSIO. Huc spectat nunc bona politia, quam instituere debet magistratus, ut priuata illa furta publicæ utilitatis uitentur. Sic curam habere debet magistratus, ne deprauetur uerbum, ne tollatur, punire conseruentes suribus, aut illos iuxanies, inhibere fraudes ac imposturas, quibus utuntur homines in contractibus mutuis.

Aestimare merces pro iusto precio.

Falsas merces prohibere. Vsuræ leges præscribere. Falsas libras, ulnas, modios &c. tollere. Ociu[m] uetare. Negligentes opifices & mercenarios corrigere.

Agricolis, mercatoribus & negotiatoribus decipiendo fines ponere.

Abliguritores suorum bonorum emendare.

Avaros publica uel priuata poena coercere.

Sumptuum formam ac terminum in certas leges cōcipere. Hec omnia ita corrigeret et mutare in melius, est bonam politiam instituere, quam etiam, qui magistratus, quisq[ue] in sua Republica, negligi, peccat contra eum, qui dislubat am & malam politiam abominatur. Si enim deus abominatur iniustam libram, teste Proverb. 11. capi. Ergo & totam politiam abominatur iniustum atq[ue] inordinatum.

CATECHISMVS

edm. Et ualeat argumentum à parte ad totum, sicut soldi plerunq; argumentari scriptura synecdochicōs. Refrē hu scripturæ locos, qui dehortantur à rebus cōtrā p̄litiam, ut Leuit. 19. Noli iniquum aliquid facere in iudicio, in regula, in pondere, in mensura, statera, & quas iusta sint pondera, iustus modius & quousq; sextarius.

OBIECTIO. Subditi nō ferēt ut instituantur politia.

RESPONSIO. Tu cum sis magistratus perge in tuo officio, & deus, cuius tu minister es, ille scrubbit contra insultus uulgi.

OBIE. Instituimus politiā, sed nemo est qui seruat.

RESPONSIO. Huiusmodi excusationibus non seruatur politia, nisi punieris contrā agentes, nisi seruā ad uigilaueris, nisi te gladio interposueris, non poteris subsistere politia. Magnificè per hominum Germanorū ora circumfertur, Noremburgensium ad Cesarem Maximilianum responsum: Philanthropia et grauitate sapientijs seruatur Norica Respublica & politia.

DE VIII. PRAECEPTO.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

Hoc praeceptum nomen & famam proximi ledit, quæ cum ciusmodi sunt res, ut semel amissæ, nullo precepio recuperari possint. Ideo circumspecte hic nobis agendum est, ne id nostra lingua proximo auferamus, quod illi restituere nequimus. Et si detur ueri testimonij pers-

ERASMI SARCE.

33

hibendi occasio de fratre, tamen omnia in meliorem partem erunt interpretanda, & infirmitas fratris ubique & semper quocunq; tandem modo ferenda.

OBJECTIO. Ergo malefacta proximi sunt iustificanda & probanda?

RESPONSI. Non. Et si hoc præceptum prohibet falso testimonium, interim tamen non iubet, ut mala facta probemus, sed simpliciter monet, ut in omnibus fratris erroribus habeamus animum candidum.

DE CAVSA detractionis, & falsi testimonij.

Communis hodie apud omnes querela est, qui accidat, quod ita frequens sit detractionis & falsi testimonij studium. In ipsa tamen uel media querela, omnes sunt cœci, nihil aut parvū solliciti de causis, quae non ita à nobis sunt remotæ, immo quas quisq; à natura suo in corde gerit. Philautia præcipua est, quae facit nos considerare etiam minima fratris flagitia, neglecta nostro in oculo trabe, de hac causa loquitur Christus Mat. 7. Vbi monet, ut alij aliorū infirmitates sustineant, neq; nos inuicē uel proprie pecatum, uel ignorantiam, uel quodcunq; tandem uicum condemnemus, quasi qui lapsi sint, conuerti nequeant. Spectant huc 14. & 15. cap. ad Romanos, & 6. ad Gal. Est autem philautia hic, qua nobis ipsis præ alijs infirmis fratribus blandimur, tanquam iustioribus. Pertinet huc & gentilium hominum sententiae: Nō uidemus man-

F

CATECHISMVS

tice quid in tergo est. Item in alienis uicijs cognoscem
dis Lyncei sumus, in nostris coetiores talpis.

Altera causa est superbia fidelissimus philautiae cou
mes, qui fastu exurgit quodā contra infirmum fratrem
non solum illum damnans prae se, sed etiam contemnit.
Est enim soror superbiæ ipsa contumelia, & sicut Solon
monuit Proverb. 11. comes. Contumelia vero est contum
ptus cum conuicio, quando contemnimus alium, & simili
obruimus conuicijs. Conuicium est maledictum contum
meliosum. Post has causas sequitur obirectatio, que mul
lediuit, & detrahit simul. Siquidem obirectatio est mul
dicentia cum detractione, è quo uicio tandem nascitur
falsum testimonium, quod aliud nihil est, quam detrac
ctio cum maledicentia, uel aperta, uel occulta. Porro
quia haec uicia nobis insunt natura: Igitur nemo potest
hic se à falso testimonio excusare. Quis enim non est ple
latus? quis non superbus? Quis tandem non gaudet de
trahere alijs, unde nobis solum nomen et fama parentur?

DE FINE falsi testimonij.

Quarum ergo omnes studemus falsum perhibere teſſe
monium? Respondeo: propter hunc finem, ut nos sim
tantum aliquid, reliqui nihil. Huic responſeſſe uidetur ap
ſtolus ad Romanos cap. 12. Vbi diuerſum monet ab ho
fine, dicens: Ne quis arroganter de ſe ſentiat, ſupradictum
oportet de ſe ſentire, ſed ita ſentiat, ut modēſtus ſit et p
bri

ERASMI SARCE.

96

brius, hoc est, finat & alios aliquid esse. Item eodem ani-
mo alij in alios affecti, non arroganter de uobis sentien-
tes, sed humilibus uos accommodantes. Item ne sit is arro-
gantes apud uos metipsos. Qui loci prædictum finem a-
territim impugnant, auocantes nos a proprio esse ad hu-
militatem, quæ de suo accipit & communicat fratri, ut
E ipse sit in precio atq; estimatione.

DE INCOMMODIS OBRECTA

tionis, seu falsi testimonij.

Primum incommodeum, quod prodit ex obrectatio-
ne, est impeditio remissionis peccatorum. Nam uerè ait
August., peccata non nisi cognita remittuntur. Et Hier.
z. & 3. cap. tantum ad cognitionem peccatorum hora
tur Hierusalem. Item David inquit psalm. 31. Cōfitebor
aduersum me iniustiam meam domino, & tu remisiisti
impietatem cordis mei. Dum enim quisq; maliterius ui-
ciuertit oculos, nec est, suo qui se meutur pede, fit ut
ad priorum peccatorum agnitionem nemo perueni-
at. Vnde timendum est, quod ipsi pereamus, una cū illis,
qui pereunt a nobis iudicantur, uel quod iudicati a no-
bis sēpe seruentur, nobis pereuntibus.

Perdit obrectatio seu falsum testimonium ipsas respu-
blicas. Sic Thebae, sic Athenæ, sic Carthago, sic ipsa
Roma periit. Nostro tempore Dania una cum Svecia ex-
tremam necessitatem perpessa est, quam & maruum & ur-
bes misere sentiunt, tatum, quia ex obrectatione simul-

CATECHISMVS

tas, ex similitate aperta cōuicia, ex apertis conuicijs bellis
surgere cœpit. Perturbat et obtrectatio, seu falsum testi-
monium Ecclesiæ pacem, cū ministri uerbi sibi inuicem
obtrectant, dū de donis rixātur, dū propter dona sibi in-
uident, quod malū ut tolleret Apostolus, egregie scri-
psit de donorum usu ad Ro. 12. Et ad Cor. 11.

Est postremo obtrectatio, seu falsum testimoniu[m] cau-
sa necis. Quis enim non omnia tentat, ut famam ueatur?

DE REMEDIO contra obtrectationem

nem, seu falsum testimonium.

Quia falsum testimonium, et causa eius obtrectatio
præcipue agunt contra charitatem, uolens eam Paulus
ad dictis illis hostibus saluam retinere, et quasi triplex
ad propriam uitam, et propria ad opera contemplan-
da hortatur. Sic enim scribit ad Gala. 6. Opus autem su-
um probet unusquisque et ceteri. Vbi transfert Apostolus an-
tibis omne iudicium de proximo ad Deum, coram quo quis-
que aut stabit, aut cadet, tanquam domino suo. Et simul ma-
net optimum esse remedium contra obtrectationem, au-
tem falsum testimonium, considerare propria opera, quibus
probè perlustratis, tantum quisque reperiet defectum, m-
enon facile obliuiscatur proximi sui, aut operum eius. Et ho-
pharmaco non est præsentius aliud. Si igitur obrepiti
obi obirectandi proximo stimulus, uel iudicandi cum uo-
luptas, respice ad tua opera, ac considera teipsum, et quod
quò reflectere possis animi affectus.

OBIECTIO. Ergo neminem iudicabimus, nemini
obirectabimus?

RESPONSIO. Nemini. Ratio est, quia nostrum
iudicium non est uerum, qui tantum iudicamus iuxta
externa. Deus autem solus est, qui iudicat uerè, nō quia
iuxta externa iudicat, sed quia iudicium exercet iuxta
animum, & ideo solius dei iudicium est, secundum ueri-
tatem, ad Roma. 2. Scimus autem, quod iudicium dei est
secundum ueritatem.

OBIECTIO. Si nemo peccaret, posset obrectatio seu
iudicium in proximū corruere, alioqui impossibile est:

RESPONSIO. Proximus tuus cum peccat, relin-
quitur illi iudicandus, contra quem peccat: peccamus ue-
ro contra deum: Igitur deo relinquendus est iudici, non
lingua à te proscindendus. Refer hoc 14, ad Roma, cap.
Tu uero, cum uides fratrem peccantem, cogita quam
facile sit, hominem posse in peccata ruere. Et quia tu ho-
mo es, eadē time pericula, quod si feceris, uel sine diffi-
cilitate reprimes tuum iudicium.

PROXIMVS non est temere iudicandus,
exemplar est deus,

Deus iustus est iudex, qui & si in omnibus rebus iu-
stam habet iudicandi occasionem, multa tamen in nobis
fert, & pro naturali sua longanimitate, nihil non boni
consulit. Sic prius de cœlo descendere uoluit, & Sodo-
morum de Gomorrheorum impietatem experiri, quam

CATECHISMVS

perdere. Ita et nos tardi esse debemus ad iudicandum, ut
lociores ad conniuendum.

IUDICIVM non effugient iudicandi studioſi.
Deus gloriatur se esse iudicem ac uindicem. Itaq; qui
ſibi iudicandi ſumit prouinciam, neceſſario incurrit in
iudicium, qua de re, pulcherrimum habes exemplum in
Apostolis, qui ſuo iudicio, credunt puellos arcēdos eſſe
à Christo, uel quia ignari ſunt, uel quia adhuc infirmi.

LOCI scripturæ de testimonio perhiben-
do, quorū ſum ſpectant.

Locis scripturæ de testimonio perhibendo, ut Deu. 17.
Item 19. & alij, eò uidentur pertinere, ut retrahant ne
à facilitate damnandi ſeu iudicandi infirmos. Siquidem
unum teſtem nō admittunt, ſed requirunt duos uel tre-
m in quorum ore conſistat omne teſtimontum.

QVID fit loqui falſum teſtimonium.

Loquitur falſum teſtimonium, qui non ſimpliciter
nec candide conſiderat proximi cauſam, ſed preter illo
quod æquum ac iustum eſt, aliud minus uerum adſingulat
quo laedat proximi famam, nomen, gloriam &c. Latuit
uerò trahitur teſtimoniij falſi adpellatio, quam ad for-
ſes cauſas, ad quos hactenus tantum pertraxere huius
gis uſum. Sicut enim in ſuperioribus preceptis, poſtre
mum effectum Moses ſimpliciter ponit, & pro ipſis
cauſis, ita & hic damnat in uniuersum omnes occaſio-
nes, quibus ad falſum teſtimonium edatur, & ut

Aſſi-

ERASMI SARCE.

38

Affectus interiores, ad lædendā proximi famā percupi
Studium lædendi.
Philautiam.

Superbiam.

Contemptum.

Contumeliam.

Gloriationem super infirmo fratre.

Inflationem.

Inuidiam.

Calumniam.

Maledicentiam.

Obtrecentiam.

Proditionem.

Diffamationem.

Iudicium.

Letari de diffamatione proximi.

Iuuare alios, ut diffament.

Approbare diffamationem.

Non reprehendere diffamationem.

Non defendere aut excusare diffamatum.

Non reducere diffamatum in uiam, non instituere.

Detegere uicia fratris, spargere uia alios.

Libenter audire diffamationem proximi.

Tandem loqui falsum testimonium, etiam coram iudice.

His prædictis uicijs nihil hodie est cōmunius, nec mi
rum id est, si quidem Apostolus illa meminit uenura im

CATECHISMVS

extremis his temporibus. Sic enim inquit: Illud autem sit
to, quod in extremis diebus instabunt tempora periculo-
sa. Erunt enim homines sui amantes, fastuosi, maledici-
calumniatores, proditores, inflati &c. Math. 24. Vis-
detur hæc omnia uicia una sententia complecti: Refrig-
scet multorum charitas. Nam his malis grauißimè pœ-
catur contra charitatem, cuius officium est, tegere deli-
cta et infirmitates fratris, iuxta illud: Charitas tegit deli-
cta. Item: Susurro reuelat arcana. Qui autem fidelis est,
celat amici commissum. Proverb. 10. & 11.

DE D V P L I

Icibus falsis testibus.
Sunt leues quidam homines, qui cum non loquuntur fili-
sum testimonium coram iudice contra proximum, arbitran-
tur se a transgressione huius præcepti alienos esse, scien-
dum itaque est, duplices falsos esse testes: Sunt falsi testes,
qui distrahit famam proximi per aliorum ora obtrictan-
do, calumnianto, maledicendo & similibus rationibus,
quas inter causas falsi testimonij, paulò ante recitauit
Et sunt falsi testes, qui non sunt contenti publicatione
infirmitatum fratris, sed etiam coram tribunalii falsoties
staneur. Hi non ita sunt frequentes, alij frequentiores.

OBIECTIO. Licet ne crimina prodere, que uer-
gant in publicam internitatem?

RESPONSIO. Licet. Tum enim satius est unum
prodere, quam mulios permittere in periculo: uelut iū-
quis urbem incendio perdere uellet, aut aliud machina-

ERASMI SARCE.

39

rim alium, abiturum in multorum damna.

QV AESTIO. Quando igitur licet prodere fra-
tris crimina?

RESPONSIO. Tum, quando necessitas postu-
lat, & charitas iubet. Iubet uero charitas, quando proxim
us conseruandus est. Et charitas erga multos præf-
renda est charitati erga paucos.

QV AESTIO. An omnino non liceat publica
refrauir errores?

RESPONSIO. Si errores non cedunt in publicè
cadama, celari debent. Interim licet errare fratrem
admonere. Si erratur in me, habeo præscriptā à Christo
formam. Mai. 18. Primum, ut moneam inter me et ipsum
solum. Nolentem uero audire me, adhibitis testibus, uno
vel duobus, monere possum. Tandem ne adhuc uolentē re-
cipiscere, ad Ecclesiā deferre licet, quam ubi nō audit, re-
linquendus est ethnicus, membrū et à corpore Christi diui-
sum. Neq; peccatur hac publicatione criminū, cōtra præ-
ceptū de testimonio, qd ex charitate nō malevolentia ori-

DE VERO huius præcepti usu. (tur.
Verū nunc huius præcepti usus est, ut candidè dica-
mus & sentiamus de proximo, etiam ubi maximè pecca-
rit. Deinde ne alios supprimamus præ nobis, sed fina-
mus etiam alios aliquid esse.

DE VOCABVLIS ad uerum huius præ-
cepti usum necessarijs,

CATECHISMVS

Loqui

candidè de proximo

Sentire

Modi

Augere famam proximi

seu

Defendere proximi famam

formæ

Celare proximi errores

Corde. Nam
Christus re-
quirit ad le-
gē affectus.
Mat. 5.

Lingua.

DE LINGVA, ex 3. cap. Iacobi.

Ecce naues quoque, cum tantæ sint, et à uenientis sensu agantur, circumaguntur à minimo gubernaculo, quoniam cunque impetus dirigenis uoluerit; Ita et lingua pulsuum membrum est, et magna iactat. Ecce exiguis ignis, quam am materiam incendit? Et lingua ignis est, mundus iniquitatis, sic lingua constituitur in membris nostris, quae maculat totum corpus, et inflammatur a gehenna. Omnis enim nascitur a ferarum domatur, et domita est a natura. Lingua autem nullus hominum domare potest, incoercibilem malum, plena ueneno mortifero, per ipsum benedicimus deo et patri, et per eandem maledicimus hominibus, qui ad similitudinem dei conditi sunt. Ex eodem ore procedit benedictio et maledictio.

Quibus omnibus exaggerat diuus Iacobus, huius precepti facilimam transgressionem, quia lingua, inquit, tale est membrum, quod domari non potest. Et simul declarat obrectationis, seu falsi testimonij malum, cum nullo alio conferendum.

Spec. 40

Spectant huc vulgares nostræ sententiae: Ab omni malo quis sibi cauere potest, à falsa autem lingua non potest. Lingua, & dirimit, & componit pacem. Lingua, optimum & pessimum est membrum.

DICTVM cuiusdam philosophi.

Satius & tollerabilius est, à coruis lacerari, qui homini iam mortuo admodum nocere non possunt, quam viuus ab obtrectatoribus circumferri. Itē alterius: Lingua, ne mortuis quidem parcit.

DE ABVS V huius præcepti.

Abutuntur hoc præcepto, qui de proximo neque dicunt, neque sentiunt bene, qui errata proximi non boni consoluntur, qui non excusat, qui non tegunt, qui soli alii quid esse volunt, qui non finunt & proximum aliquid esse. Item, qui detrahunt proximo, qui errorem proximi ne proximi, qui coram iudice falsa testantur.

EXEMPLA huius abusus & poenæ.

Peccarunt contra hoc præceptum, falsi accusatores & testes Susannæ, Danielis 13. et horribiliter puniti sunt. Accusatores ac falsi testes, contra Christum producti, Matth. 15. nihil inuenientes, confusi abiérunt.

DE DIFFICULTATE huius præcepti.

Eandem hoc præceptū, cum reliquis difficultatē habet. Denegatū enim est nostris viribus, consentientē animum ad completionem huius præcepti adferre. Quid uero

CATECHISMVS

uerò externe hic possumus, sat is liquet ex uerbis diuersis
cobi suprà enumeratis. Nā si lingua tale est membrū, qd
à nullo domari potest : Ergo nos ex æquo omnes sumus
falsi testes, Confugiendum itaq; est ad Christum, qui im
possibilita nobis p̄sibilia facit, donato suo spiritu.

D E IVre magistratus in hoc præceptione.

Publicos mali animi effectus, magistratus punire be
bet, qui effectus, cū in foro quotidie occurrit, quorūq;
præsidio, s̄æpe optimæ et iustissimæ causæ euertuntur
du falsi testes, et obtrectatoriæ linguae ultro citroq; la
borant. Quare nunquam ibi deerit gladij exercendi ius
in transgressores, idq; iuxta Cæsareas leges & priuata
municipalia . Hoc saltē admonitos uolo magistratus, ne
credant se satisfecisse suo erga hoc præcepium, officio
quando falsos tantū coram iudicio testes, punierint, sed
ut et obtrectationibus occurrit, ex quibus s̄æpe infinita
mala surgant. Et uenit hic mihi laudanda Saxonias, cuius
singulæ urbes, propria quædā statuta habent, que rupi
calia colloquia uocat, ea quater in anno à primario Con
sule è curia denūciantur plebi, ut oris seu lingue purita
tē seruet plebecula, et ne quis alterius famam aut nouen
suū obtrectando lœdat. Historia Susannæ docet, ne mag
istratus facile credat testibus in aliquem productis, sint
etiam hi quantumuis in specie honesti uiri. Et falsi testes
Susannæ erant seniores & iudices populi, uel cā ob eam
sam, quia à natura gaudemus de incommodis ac diffan-

ERASMI SARCE.

43

nione proximi. Igitur omnes circumstantiae ad produc-
tum testimonium diligenter erunt excutiendae, et saepe
ex factis antecedentibus, testimoniis uerba examinanda. Et
quia hoc tempore, nemo non obtrectat auctoribus prædicatoribus
uerbi, illæ obtrectationes, quantum fieri poterit, prohi-
benda erunt. Nam plerunque ministri uerbi mendacijs
obruuntur, id etiam uidens Apostolus, monet i. ad Timo-
tho. 1. ne aduersus presbyterum accusationem admittan-
mus, nisi sub duobus aut tribus testibus.

DE IX. ET X. PRAECEPTO.

Hec duo postrema præcepta, quanq; sub reliquis co-
prehendi poterant, ut non sub septimo, quod est de fur-
to. Decimum sub sexto et septimo. Placuit tamen deo hæc
seorsim adiucere, sed non sine insigni causa. Potuisset
enam aliquis existimasse, si præcedentia præcepta exter-
no opere compleuisset, se uerè legis impletioni respon-
dise. Huic opinioni occurrit deus his postremis præce-
ptis, que animū accusant, internis affectibus flagrantē,
et ostendunt longē nos abesse à uera legis completione,
et si externam obseruationem adulcerimus, nisi et inter
nā adferamus, que duæ adimpletiones simul coniunctæ,
primum respondent ac satisfaciunt legi. Oportet itaq;
ut in his duobus mandatis, quisq; se transgressorē confi-
teatur: Siquidem hæc tandem uerè declarant, quid sit
uerè peccatum, nēpe quod ex animo ac affectibus profi-
ciscescit, et si nunquam sequatur externum factum. At hoc
non

CATECHISMVS

non considerat humana natura, ideo singit se responderet
sufficienter legi, quādo exteriā obseruationem adfringit.
Est autem concupiscentia peccatum, id quod patitur
Matt. 5. Et ex uerbis Pauli ad Roma. 7. Concupiscentia
non nouissem, nisi lex dixisset: Non concupisces.

Quare hæc postrema præcepta docent dupliciter
esse legis complendæ usum, & exponunt præcedentes.
Verum præter id, quod exponunt superiora mandata,
etiam per se sunt præcepta, in hoc ab alijs separata, quæ
hæc conditionem admittunt, alia non itidem. Sic domini
proximi emere possum, uxorem defuncti ducere, anili
lam & seruum dimissum à domino, ac hera conducere
Honorare uero parentes sub conditione non licet, nisi si
uero dei cultu abduxerint. Sub conditione non licet
cidere, non mochari, non furari, neque prohibere fili
sum testimonium. Et illa conditio facit nunc hæc post
eriora duo præcepta, ut & ipsa per se sint mandata, no
tantum expositoria aliorum.

ALIA causa, quur deus his præceptis affectum
noxes apposuerit, alijs autem non.

Possit hic aliquis querere, quur deus affectum no
ces postremis his præceptis adiunxit, alijs non itidem
quanquam & affectus requirant ex uero legis usu. Ad
hanc questionem sic respondeo: Alia præcepta, non ita
auidè transgressa cupimus, atque hæc postrema. Quis
enim uel natura non abhorret à dishonestatione parenti
tanti?

ERASMI SARCE.

42

Iam? *Quis non natura retrahit se à cæde? Quis non uiolentiam punit, uel moechari, furari, & falso testimonio ledere? At laborare pro domibus, eas ad se trahere, alienis bonis sua augere, insidiari coniugibus, abducere seruos & ancillas, ad hæc, inquam, sumus inclinatores.* Propriea igitur, ut deus procliuitatem nostrā erga res, nōm & decimo præcepto prohibitas, reflecteret, atque aliquo modo restingueret, concupiscendi & desideran diuocabulis est usus.

ALIA causa.

Vt humanus animus, natura malignus semper repetit, quo it obuiā deo, ita et hic potuisset calumniari expofitionem ueri, in his præceptis, usus. Nam cum Christus Matt. 5, in uno aut altero tantum præcepto damnat adfectum, dixisset hæc præcepta aliena esse à requisitione ad ante uorteret deus, adfectus uocibus ea illustrauit.

DE COGNATIONE POSTERIORUM PRÆCEPTORUM.

Vnus quidem horū præceptorū usus est, unus sensus intellectus, prohibens concupiscentiā ac desideria animi. Interim simul damnant etiam externa opera, quæ ex animi malicioſis atq; improbis adfectibus effluunt.

DE DIFFERENTIA HORUM PRÆCEPTORUM.

Differunt autē hæc præcepta in extēnis rebus: Nonū ad res tantum respicit: Decimum ad personas & res simili. Comprehendit enim hoc etiā res, quæ ad nonum referri

CATECHISMVS

ferri non possunt. Et est tanquam summarium omnium rerum, quae affectu primum petuntur, & postea quo ex externo facto abutuntur.

Non concupisces domum proximitui.
Concupiscere leuior est affectus, quam desiderare. Est enim concupiscere, res tam bonas quam mala petere tantum.

Domum.

Domus hic significat propriæ hæreditaria bona. Dicit uero hoc præceptū à septimo, quod est de factio-
nonum de hæreditarijs, ac immobilibus bonis loquuntur.
Septimum autem de mobilibus, quæ transferri possunt.

Areæ.

Prædia.

Continet igitur domus

sub se

Agros.

Prædia.

Sylvas & similia bona.

Proximitui.

Tui, emphasis habet, q.d. deus: non concupisces de-
mum illius, quia proximus tuus es. Proximo uero hu-
riani facere, sane uiolentia est.

QVERELA de hæreditarijs bonis.

Nostro hoc æuo non infrequens querela circuicu-
de tutoribus ab alienantibus, ac segniter custodiendis
hæreditaria bona, de quibus & defraudam hereditati
sua segnitie saepe ad nihilum redigunt. Et quicunq;

ERASMI SARCE.

41

sum hodie omnis status purgatione egeret, ita & tutores
effent corrigendi atq; admonendi, quò diligenter cura-
rent suorum hæredum relicta à parentibus bona. De ha-
redibus nihil dicam, quos finunt ad omnem malitiā ex-
crescere, non propter aliam causam, nisi quia spe-
rant mortis euenum, ut ipsi inde maiori cum fructu de
bonis participente.

QVAESTIO. An omnis concupiscencia sit pro-
hibita?

RESPONSIО. Omnis concupiscentia est pro-
hibita, que èo tendit, ut in bonis proximi quæras tua cō-
moda. At concupiscere domū alterius, ut eam emas cum
utilitate proximi, non est prohibitum.

REGVLA DE CONCUPISCEN-
TIA IN HOC PRÆCEPTO.

Concupiscere alterius bona cum alterius commodo,
ac utilitate, non est peccatum. Nam hic uetus huius legis
ius est, in omnibus quærere utilitatem proximi. Et se-
uandum est hic discrimin inter adfectus, qui simpliciter
sunt peccata, qui non. Tum enim concupiscentia est pes-
catum, quando respicit ad incommodum seu damnum
proximi &cet.

DE PERMUTATIONIBVS.

Hinc ædificiū ædificio permutari potest, ager agro,
predium prædio &cet, sed illa, ne ad sit dolus, ne ad-
sit priuata utilitas,

G

CATECHISMVS

OBIECTIO. Quid si alter non intelligent precium
verum, quæ permuntantur, & quietus est de facta per-
mutatione?

RESPONSIO. Tu admonere debes proximum
de precio, omnem dolum de legere, postea si contentus es
sit rata permutatio. Valet et hic charitatis regula: Quod
tibi non uis fieri, alteri ne feceris.

DE VERO huius noni præcepti usu.
Verus huius præcepti usus est, ut ita agamus cū pro-
ximo, ne in eius bonis queramus nostra commoda, sed in
omnibus rebus iuuemus eum, ut eius bona crescant u-
procedant felicius.

DE VOCABVLIS uerius, & modo.
Quærere in omnibus pro- Cordc.

ximi utilitatem
Nostra commoda proximi utilitatib. postponere Modo
Iuuare proximum, ut ditior
fiat, & eius bona crescane

DE ABVS V huius præcepti.
Abusus huius præcepti nascitur ex contrarijs uro-
suis, ut querere in proximi bonis nostrum commodum
cum illius incommodo, sub hoc abusu latente sequentes

Concupiscere
Abalienare bona proximi
Abstrahere

Operc, seu
facto.

Corde.

DW

ERASMI SARCI,

44

Decogere in necessitate
Defraudare proximum bonis
Decipere
Non admonere de dolo
Infiduciari proximi bonis
Consemire alijs in occupandis
bonis proximi cum dolo
Inuare alios

Modi

Opere seu
facto.

Q. V AESTIO de pignoribus.

A n iliceat accipere pignora, cū alijs mutuo damus?

R E S P O N S I O. Maior fidelitas inter Christianos esse debet, quām ut opus sit pignoribus agere. Præterea, qui mutuo dat expressum uerbū habet, ne inde spe ret aliquid se recepturum, maximē ab egeno, qui reddere non potest. Qui uero ne sperare quidem debet de recipiendo, quomodo, quæso, ille pignora accipiet ab eo, cui mutuo dat? Sed quia non omnes sumus Christiani, quid igitur cum alijs faciemus? Respondeo: *Quis Christianus sit, siue non, id facile in hac permixtione Ecclesiæ cernit* non potest. Verum quia mutuo dare, est conferre beneficiū in proximum, & scriptura in conferendis beneficiis Deum ipsum imitādum proponit, qui permittit solem ius um oriri super bonos ac malos. Quare ne impijs aperi- te neganda est accommodatio, quibus ut bene faciamus, monet uerbum Dei, non de quibus sumamus pignora: Er gō à nemine, cui das mutuo, postulabis pignus. De abu-

G 2

CATECHISMVS

pignorum horribilia hic essent dicenda, nisi apud omnes
abusus ille alias satis apertus pateret, quo uidemus horri-
biler peccare hodie homines contra nonum preceptum.

Nec desiderabis uxorem eius &c.

Desiderare maior effectus est, quam concupiscentia
siquidem desiderare est cum gaudio quodam & singula-
ri uoluptate concupiscere. Nam desiderare etymon tra-
bit a sideribus contemplandis. Est autem contemplari
non tantum obiter spectare, sed intueri diligenter. Et si
nè tales sunt personæ ac res in hoc precepto, erga qua-
horribili est flagramus, quales sunt: uxor, seruus, ancil-
la, boues, pecudes &c.

Respicit uero hoc preceptum ad personas acrofis-
mul, et maximè ad eas, que uiuunt. Referri itaq; hic de-
bent primum homines, ut uxor, serui, ancillæ, magistrus,
atq; adeò omnium conditionum mortales. Concipi-
scere enim cum incommodo alterius Reipublicæ magis-
tratum ad tuam Rempublicam. Item preceptorem, ser-
torem &c. id peccatum est contra hoc preceptum. De-
inde spectat hoc mandatum ad res, que non sunt homi-
nes, ut asinus, bos, uacca etc. Pertinent huc oīa animalia.

Q. V AESTIO. An omne desiderium peccati-
sit? Respondeo, ut supra de concupiscentia.

Q. V AESTIO. An licet seruum, ancillam in-
ducere, aut ad se recipere, sine consensu possessoris?

R E S P O N S I O. Non, nisi subsint certe causa,

ERASMI SARCE.

45

uel quia herus seu hera nolūt amplius habere seruos aut
ancillas, uel quia non satis uictus dant, uel quia mercen-
dem denegant, tandem, uel quia serui ac ancillæ nolunt
diutius manere in seruitio.

QVAESTIO. Quid si herus morosus est aut he-
relicet etiam tum discedere?

RESPONSIO. Quanquam ucrissimum est moro-
sor dominos, non diu posse præesse in dominio, iuxta illa-
lud proverb. 11. Qui comurbat domum suam, posside-
bit uentos. Et qui stultus est, seruiet sapienti: tamen ra-
zò uidemus, illis seruis ac ancillis bene succedere, qui
propter morositatem relinquent suos heros aut heras:
Præterea cur deus addidisset tantas promissiones obe-
dientiae, nisi subinde molestiae occurserent in seruitijs?
Petrus et prauis obediendum esse inbet.

QVAESTIO. An posset uxor suscipi uiuēte maritos
mixerit, ad Co. 7. 1. ep. Alia est ratio inter eos, qui stupri-
gratia diuortiū celebrarunt, tu enim innocens persona,
etiam uiuente rea, nuptias contrahere cum alia potest.

DE VERO huius præcepti usu.
Verè utuntur hoc præcepto, qui primū nō desiderāt
alierius uel personas uel res, idq; cum damno proximi.
Deinde qui etiā facto non abducunt, alienant, et immori-
geras reddunt aut uxores, aut ancillas, aut seruos, aut pe-
cudes, sed qui monent atque hortantur eas, uel uxores,

CATECHISMVS

ad ancillas, ut maneant, ac suum officium faciant sedulū.
DE VOC Abulis & modis ueri usus.

Quærere utilitatem proximi

in omnibus bonis suis

Admonere uxorem ad obedientiam & patientiam

Modi

Item, hortari seruos ad præstandum
dum obedientiæ cultum

Hortari ac prouocare eosdem

ad sua officia in timore facienda

Operes
facto.

DE ABUSV huius præcepti.

Abutuntur hoc præcepto agentes contra prædicti
ut qui in proximi bonis sua commoda quærunt, qui abu-
cant uxores, seruos, ancillas impostura, qui abalienan-
t oues & boues, qui iuuant alios, qui delectantur abaliena-
tione. Item qui desiderant et affectant abalienari etc.
Hic abusus hodie omnium frequentissimus est. Ne id
mirum est, quia declinat mundus ad interitum, ideo &
fit deterior semper.

DE DIFFICULTATE horum præceptorum. 9. et 10.

Post Adelapsum ita est corrupta humana natura, ut
etiam uolens, nō possit animi desideria atq; cōcupiscentia
deponere. Accedat nūc quodcumq; uitæ genus etiam co-
mmunum sanctissimum, tamen frustra laborabit humana natu-
ra sibi p̄si in hoc defectu medēdo, aut ut uel mūlta car-
dis desideria exuat. Hæc uero non adulis solū firmiter
heros

heret infix a, sed quæ ex natura nobiscum adferimus, immodic in quibus in utero matris cōcipimur, sicut liquet in insantibus, qui cum ne loqui quidem possunt, statim tamen mirabili desiderij æstu flagrant. Et uerissima est hæc sententia: Humani oculi lasciviac petulantes sunt, affectat quod uident. Quæ sententia, & si propriè pertinet ad oculorum desideria, obliquè tamen ad cordis petulatissimos affectus pertrahi potest, ut fieri solet in causis, & externis effectibus. Porro metu poenæ aut inferni desideria animi occultari possunt a nobis, quo minus in exter nos effectus prorumpant, interni uero affectus manent, qui ipsissima sunt peccata coram deo, quosq; & Christus Matth. 5. in primis damnat. Superant enim extera flagitia, & eo sunt illis maiora peccata, quo sunt tantum cause potentiora. Quare non dubitandum est, quin interni affectus maius etiam accipient iudicium.

Philosophi atque sapientes mundi omnes hic coœci sunt, neque quicquam hic intelligunt, quia tantum exteriora facta dannant, non affectus.

QVO FVGENDVM sit pro completione postremorum præceptorum.

Hactenus audiuimus, quām imbecillis sit humana natura in pellendis affectibus. Et Christus Matth. 5. internum animum à prauis affectibus alienum requirit. Paulus spiritualēm uocat legem. Nos uero carnales sumus, quæ sententia in se colla, & natura sunt contraria.

CATECHISMVS

Quid enim commercij habet spiritus cū carne? quid potest homo carnalis in rebus spiritualibus? Sane coeludendum est; nos hic nihil posse, neque legis completionem ad nos pertinere. Quae cognitio ubi adest in nobis, tum primum tales sumus, quales nos legis usus esse uult, nimur imperfecti, peccatores, infirmi, et prorsus omni in sati faciendo legi robore destituti. Habemus itaque nunc querendi occasionem pro illo, qui se ad legem complendam uenisse adserit. Itcm, qui suum officium esse predicat legi satisfacere. Et hic est Christus Iesus, qui in uniuersum legi respondit, cuiusque responsio durat in perpetuum in omnibus ijs, qui credunt in Christum. Iam si uolueris postremis his præceptis satisfacere, immo debes, quia deus nouam requirit uitam, adcurre ad Christum, qui secundum teum ac omnium nomine legem impletum, is dabit tibi spiritum sanctum, purgatorum adfectum atque cordium, ad uerum usum legis inflammatorum. Ioannes tantum aqua baptizat, quae frigida pectora facit, Christus autem baptizat igni ac spiritu sancto.

EPILOGVS de decem præceptis.

Quid sibi uelint decē præcepta huc usque exposuimus. Item quis illorū sit usus, et quatenus à nobis seruari continent, quatenus no. Et ut paucis omnia repetā, non est negligendum, quod omnū præceptorum duplex sit usus, qui duplē obseruari oīem parit, externam et internam; illa aliquo modo est in uiribus nostris: Hæc prorsus

In humanae naturae adempta est. Quanquam humanae naturae Ad e lapsu adeo corrupta, ne queat quidem ex-
ternè etiā prodignitate legi satisfacere, nisi singularia seruemur diuinitus, atque iuuemur. Qui enim non sequerentur cor peruersum, etiam externa flagitia, quæ tantum crassi quidam fructus sunt internæ corruptionis. Quousque igitur causæ manent, eò durabunt et externis fructus, quos non potest non humanus animus producere, omni cœcitate atque malitia in utero matris infessa-
tus. Quare ut sepe monui, ita et nunc moneo, ut pro Christi spiritu oremus, qui simul et causas transgressio-
nis præceptorum, et ipsos effectus in melius murare po-
test, et nouum animum in nobis creare, qui ad spiritu-
les fructus gignendos aptus sit.

APPENDIX de veterum theologorum opinione,
qui ex præceptis consilia fecerunt.

Veniente et hic auocandi piora animi, ab impias scho-
lasticorum theologorum opinione, qua docuerunt, præ-
cepit consilia esse. Deus enim non est illius in constantia,
quod sua præcepta irrita esse uelit, quæ scruanda propo-
suit. Et diuersum Christus docet Matth. 5. Ne apex qui-
dem peribit de lege. Esto, sit nostra infirmitas erga com-
plendam legem magna, uti reuera est, tamen propter no-
stram infirmitatem deus perpetuam uoluntatem suam
non soluet. Verius docuissent Scholastici, si dixissent,
infirmitatem nostram circa legis completionem, non ei-

CATECHISMVS

Se nobis damno, neq; præbere illam nobis desperandi occasiōnem, sed instigare nos, ut confugiamus ad eum, quia legem nostra causa impleuit, quiq; et nobis subministrari uires complendæ legis, non ad iustitiam, uerum ad iustitiam de uera iustitia accepta.

DE ARTICVLIS FIDEI

Sequitur nunc altera Catecheses doctrinæ partis, quæ duodecim articulos fidei nostræ continet. Hoc docet deum patrem misericordia esse motum, atque filium suum unigenitum in hunc mundum emisisse, qui nostræ infirmitati mederetur: nostraq; uice legi responderet, quod ut sacerdos, non erat in uiribus nostris. Propter uero ordine subjiciuntur hi articuli fidei ipsius perceptis, ne desperemus propter infirmitatem nostram, scilicet fide confugiamus ad Christum. Estq; hic finis legis, teste Paulo ad Galat. 3. Itaque lex pædagogus noster fuit ad Christum, ut ex fide iustificaremur. Porro si habemus Christus mihi datus est in hunc usum, quo undicet me a desperatione, tamen illud ipsum non possum intelligere, nisi spiritus sanctus accedat, qui reuelet tanta bona.

ALIA SVMMA articulorum fidei.

Pro rudioribus satis est hanc articulorum summaritatem: Pater omnia fecit et ordinavit, ut salui fieremus. Christus saluos nos fecit. Spiritus sanctificat nos et disponit nobis salutem in Christo. Item seruat nos, ne abducatur.

Plaſalute recidamus. Hic uides succinctam descriptionē officiorū sancte Trinitatis, quæ etiam proximè ostēdit discrimina operationum Patris, Filij & Spiritus sancti.

Q V V R articuli dicantur fidei nostræ capita.

Articuli uocātur hic fidei nostræ capita, quod sunt certa quædam nostræ religionis, instar articulorum se= parata summaria, quæ si ipsum Euangeliū appellaue= ris, nō errabis. Quid enim aliud sunt, quam summa quæ= dam totius Euangeliæ doctrinæ? in quibus deus pater promittit se nostrum fore deum, qui sustentet, regat & conseruet nos. Sed obsecro per quod medium? per Chri= stum Iesum filium suum. Et ut certi simus de illa promis= sione, accedit spiritus sanctus, et perhibet in cordibus no= stris firmum testimonium.

DE A V T O R E articulorum fidei.

Quæſtio est de autore articulorum fidei, & quis fue= rit, qui eos in summam contraxerit. Quidam eorum compositionem ad Apostolos referunt, numero fortassis duodenario moti. Quidam ad Christum, quibus autem rationibus h̄i ducuntur, non uideo. Nos Christiani qui scimus illos articulos in scriptura fundatos esse, non an xiè laboramus de autore, nobis satis est, fructū ac usum corum probè meditari.

Quir uero inuerti sunt prædicti articuli, h̄a c nō dubi= to pro uera ratione adferre, uidelicet, quod illorū autor uoluerit rudioribus consulere, & ea quæ Christus mul= tis

CATECHISMVS

his uerbis docuerat, in certa ac compendiaria quedam
capita coniucere.

Et quia hodie periculosa sunt tempora, propter ipsos
postores spiritus, qui simplicibus animis imponunt. Quia
admonitos uolumus omnes simplices Christianos, in
hīs articulis occurrant pseudapostolis, et nihil credant,
quod est ab his alienum, aut quod in his non exprimitur,
ut si Anabaptista ad te uenerit, docens rebaptizandos ei-
se adultos, magistratum pellendum esse, communionem
bonorum instituendam. Responde simpliciter, talia do-
gma in articulis fidei non contineri.

Q V A E S T I O. An ea etiam credenda sint, quae in
duodecim articulis non continentur, ut est institutio sa-
cramentorum, confessio &c.

R E S P. Multa in scriptura sunt, quae sub paucis hi-
articulis comprehendi non potuerunt, & tamen uer-
bum dei sunt, neque ab articulorum doctrina discrepant.
Igitur non minus sunt credenda, quam ipsis articuli.

Q V V R D Icantur fidei articuli.
Fidei articuli dicuntur, quia sola fide percipiuntur,
non humana ratione, quae nullum articulorum intelligi-
re potest.

DE VERO articulorum usu.

Verè utuntur his articulis, qui illis consolantur, si
qui inde discunt, quomodo deus erga nos affectus sit,
quid beneficij nobis attulerit Christus, & qua tandem

Nia, detantis bonis certifiamus in conscientijs nostris,
præsidio spiritussancti.

DE ABVS V articulorum fidei.

Abutuntur articulis fidei, qui his se non consolantur, qui prædictam doctrinam inde non petunt, qui tandem sine omni fructu murmurant eos quotidie.

DE FIDE.

Sed quia fundamentum horum articulorum cōsistit
in fide, paucis hic nobis uisum est, ueteres opiniones scho-
lasticorum de fide retexere, ut postea uera fides patet.
Scholastica planè fides est, atq; imperfecta, quæ tantum
ad historiam tendit, & quam desiniunt esse assensum eo-
rum, quæ in scripturis prodita sunt. Hæc etiam hypocri-
te Christiani habere possunt, ut qualitatem ociosam. Ve-
ra autem fides, quæ hic requiritur erga deum Patrem,
filium & spiritum. talis est, quæ nō tamū historiæ præ-
bet assensum, sed quæ respicit ad promissiones olim a
deo de Christo factas, quod deus propter Christum nos
in gratiam recipere uelit. Hæc inquam fides, uerbū dei,
non ut simplicem assensum, sed ut certam fidutiam gran-
tia spiritussancti operatam, causam efficientem habet.

APPENDIX de cognoscenda trinitate.

Multi anxiè laborarunt, ut breuiter ac signatè de co-
gnoscenda trinitate traderent, alij hoc, alij aliud de ea spe-
culati sunt. Et dum simplici Verbo nemo fuit cōtentus, &
omnes cōfugerunt ad humanæ rationis iudiciū, factum

CATECHISMVS

est, quod præter somnia ac impias quasdam nugas, nihil prodiderunt. Nos itaque intra Verbi limites stabimus, quod nobis tres personas proponit, non ex imaginibus aut picturis cognoscendas, ut hactenus est creditum, sed ex earum officijs. Ideo dupliciter de trinitate loquendum est; Primum, de illarum personarum essentia, quæ quia extra humani ingenij aleam est posita, idcirco ad miranda est potius, quam anxia inquisitione perscrutanda: Deinde, de officijs trinitatis, quæ sunt: scrutari, tueri, detegere, saluum facere, sanctificare, illuminare. Qui uero aliter loquuntur de cognoscenda trinitatem sublimius speculantur, quam in ipsis officijs uerstantes, facile in errorem incidere possunt, magnitudine et excellentia tantæ maiestatis territi. Exempla pete ab Anna baptistis hodie, olim à Scholasticis.

DE PRIMA articulorum fidei parte, quæ agit de creatione.

Ego credo in deū patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Ego magnam habet emphasis. Oportet enim ut quisq; per se credat, propriamq; habeat fidem. Non ualent hic excusationes, quas hodie paſsim objicit aduersarij uerbi, ad defendendam suam impietatem. Nos credimus id, quod parentes ac antecessores nostri crediderunt. Item, quod Cæsar & Papa credunt.

Credo.

Credere hic profidere accipitur, quod est scita mundi

ERASMI SARCE.

70

mendare deo, se ita totum in deum coniucere, ita spem
suum in promissiones dei ponere, ut nibil dubites, quin
deus tuus deus esse uelit, te regere, tueri, & ab omnibus
malis conseruare.

In Deum.

Germani deum à bono uocant, & uerè est deus sum
mum ac unicum bonum, Græci deum ἀεὶ θεός de-
ducunt, quod est iuuare siue adcurrere, Hebræis Ado-
nai familiaris est dei appellatio, quæ uox à ueritate no-
men accepit. Hinc uel nominis uocabulum satis indicat,
quid sit in deum credere. Nimirum, in summum ac optē-
num bonum, in adiutorem, qui & seruare potest &
uult, quia uerus est. Signauer dixit autor articulo-
rum: in deum, non: in deo.

Patrem.

Patris uocabulum benevolentiae ac mansuetudinis
uox est. Pater enim non potest non filij calamitate adfi-
ci, & in necessitate ei succurrere. Reliquæ circumstan-
tiae, quæ cadunt in nomen patris, hic explicandæ sunt,
& non sunt inuentu difficiles, propter quotidianam,
quam contrahimus cum parentibus, familiaritatem.

Omnipotentem.

Hæc uox per occupationē adiecta est, ne quis de po-
tentia dei in iuuando dubitet. Qui enim omnipotens
est, illum nullum periculum quantumuis graue fu-
gre potest, è quo non possit liberari, Dicitur uero deus
omnipotens

CATECHISMVS

omnipotens, non tantū quod potest omnia, sed quod tamen
tra eum non est alia potentia aut uirtus. Alij multa pre-
mittere possunt, uerum sine deo nihil possum præstare.

Creatorem cœli & terræ.

Sed quæso unde cernitur illa omnipotentia deitatis nill
licet quia creauit deus cœlum et terram, hoc est, quicquid
est creaturarum, id quod nullus homo, nullaque creatura
præstare potuit. Et spectat hic locus ad prouidentiam dei.
Hic quia creauit omnia: Ergo et sustentabit. Alij op-
eris factio aliquo opificio aut opere, statim discedunt et
relinquunt opus absolutum suo usui. At deus hoc non fa-
cit, uerum semper præsens adest suis creaturis, regen-
tibus, atque conseruando eas. Cœlum et terra uoces sunt gen-
erales, sub quibus comprehenduntur omnes creature.

EPILOGVS primæ partis articulorum fidei.

Interrogatus nunc, quid doccat prima articulorum
pars, Responde: Docet me, quod deus pater noster
esse deus, me in suam tutelam recipere, et seruare me bene-
na sua uoluntate ab omnibus malis, qui cum me creauit.
Simul uult omnia necessaria dare ad uitæ sustentationem.
Et praeter hæc, ex mera misericordia communicare be-
reditaria atque propria sui filij bona omnia. Exponit pri-
mam hanc articulorum partem primum præceptum:
Non habebis deos alienos, id quod nihil aliud est, quam
credere in deum patrem omnipotentem et c.

DE VERO VSQV huius partis. vñ

ERASMI SARCE.

58

Verus huius partis usus est, ut soli deo confidas, à solo
Deo expectas auxilium. Et quia omnipotens est: igitur so-
lus auxilium ferre potest.

DE ABVSV huius partis.

Abutuntur hac parte, qui coram hoc deo alienos rea-
cipiunt, qui aliena præsidia querunt, qui non inuocat,
Hi enim arguunt deum impotentia.

DE SECUND A articulorum fidei par- te, de redemptione.

Et in Iesum Christum, filium eius unicum,

Dominum nostrum.

Secunda articulorum ipsius fidei pars, nostræ redemp-
tionis summam continet, docēs Christum esse filiū Dei,
et nostræ salutis pignus, quod Deus pater ad confirmans
das suas promissiones in sacris scripturis dedit atq; pro-
misit, non aliter ac si esset quidam potens rex, qui pollice-
retur mihi magnum aliquod donum, quod quidem susci-
perem ego in promissis, at propter excellentiam et ma-
gnitudinem doni subdubitarem, foret ne aliquando serua-
rurus rex promissa, quam tamen dubitationem ut adime-
ret, simul et literas et sigillum maioris certitudinis gra-
tia daret. Ita Deus pater misericordia motus erga genus
humanum, se Deum nostrum fore promiserat, et de qua
non erat dubitandum. Attamen ne dubitaremus, Christi
filium, et illum quidem unigenitum nobis dedit, non so-
lum ut pignus, sed ut medium, per quod testaretur se fo-

H

CATECHISMVS

re Deum nostrum, & per quod uellet iuuare. Is cum iuuenit, exposuit nobis promissa patris, & executus est ipsissime ea omnia, quæ à patre promissa accepimus. Nascitur uero nudus, & fit omni infirmitati obnoxius ne quis ab eo fugiat, maiestate diuina territus. Qui cum etiam sine pompa uenit in hunc mundum, à mundo fuit contemptus, extremitate persecutus, tandem & cruci adfixus, sicut patebit in sequentibus. Pertinet sequens articulus pars propriæ ad confirmandam primam partem ne hæsimus deo seruatore.

Q. VID SIT uerè in Christum credere.

Non satis est, simpliciter credere Christum esse filium Dei; item, quod passus ac crucifixus sit, que historia lis tanum fides est, neque sufficiens ad eam personam, que Deus est. Sed credere in Christum filium dei, est fideri in seruatorem, qui ideo in hunc mundum uenit, ut seruat, saluum faceret, reconciliaret Deum patri, & postremo eriperet nos è seruitute peccati, ac constitueret nos dominos peccati, mortis, satanæ. Fidē simplicis historie & diabolus habet, usum uero missi Christi ignorat. Hoc usum negant omnes, qui coram Christo alias seruandi media introducunt.

In Iesum Christum.

Appellationes filij Dei statim produnt eius officium. Iesus est, quia seruat: Christus est, quia interpellat apud patrem, & regit simul.

Filius

ERASMI SARCE.

52

Filiū eius.

Silicet naturalem. Nos adoptiui sumus tantum.

Vnicum.

Emphasim habet hæc uocula, excludens omnes alios
mediatores præ Christo, sicut & Mat. 17. alt; Hunc au-
dite. Excludit hæc uox, quasi per occupationem adiecta,
omnem dubitationem de potentia Christi. Hic quia domi-
nus est: igitur seruare potest. Est autem dominus poten-
tiae uocabulum ac regiminis. Expende hic circumstantia-
que incident in dominum.

Nost um.

Consolatoria particula, ostendens, ad quos pertineat
Christus: nimirum ad nos homines. Spectant huc Esaie
uerba, c. 9. Paruulus nobis est natus, filius nobis est da-
tus &c.

Qui conceptus est de Spiritu.

Confirmant & hæc potentiam Christi. Is enim, qui
seruat nos, qui subiicit nobis hostes, satanam, peccatum
mortem &c., qui reconciliat nobis patrem &c. conce-
ptus est de Spiritu sancto, non de homine. Quare & fa-
cillime potest spirituales illos hostes umcere. Vsus uero
conceptionis hic est, ut scias Christum sua è spiritu san-
cto conceptione, nostram conceptionem, quæ plena est
peccatis, purgasse. Est enim cōceptio nostra in utero ma-
teris peccato obnoxia, iuxta Davidem, psalm. 50. in peccat-
is cōcepit me mater mea. Hæc miseria nostræ cōceptionis

CATECHISMVS

nls, ut est deploranda, ita et desperationi proxima, n[on] Christus sua conceptione spem nobis meliorem faciat.

Natus.

Idem usus ac fructus est nativitatis Christi, qui fuit conceptionis, uidelicet, ut beneficio Christi renati, fuit mus filij reconciliati, qui nostra nativitate sumus filii ira & æternæ damnationis. Describitur itaq[ue] in his uocibus una cū sequentibus, usus aduentus & passionis Christi. Siquidem ille uenit in hanc carnem, ut nostris malicie mundare redderet.

Ex Maria uirgine.

Matrem addit autor horum articulorum, ut probet Christum esse uerum hominem, qui ex puro homine factus, sed nō humano more, quia impossibile fuerat humana naturæ, è uirgine elicere filium. Scruit hic articulus ad expugnandos Marcionitas & Valentinianos, qui negant Christum hominem uerum.

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus,
mortuus, & sepultus.

Describuntur nunc porro medita, per quæ cōtigit lib[er]atio in Christo. Sic enim uisum fuit deo patri, n[ost]ri nostri Iesu Christi non temere accidit, sed iuxta prophetarum uaticinia, quibus eadem diu antè prædixer[untur]. ut est uidere, Esa. 53. cap. Hic namq[ue] cū uellet fieri dominus.

ERASMI SARCE.

98

nator mortis, necessarium fuit illi prius mori, quō sic per suā mortem, mortem dānaret. Quæ quidem bona mihi non proderunt, nisi ea mihi communia fecero cum Christo, & suam passionem mēā esse cognouero. Nam ut ipse opus non habuit mori, ita quoque non propter sua peccata mortem tulit, sed propter peccata mea. Esa. 53.

Inserrogatus igitur nunc, cur Christus passus sit et crucifixus? Responde, nostra causa. Nobis enim natus est, nobis filius datus, nobis tandem factus est Emanuel.

Obserua hic ordinē & incrementū passionis Christi, primū passus est, quo uerbo tanquam generali cōprehendit omnes Christi afflictiones. Deinde crucifixus est, quo uerbo extremū, excepta morte, crucis effectū notat. Postea sensit et mortem omnium afflictionum acerbissimam, postremo sepultus est. Potest hinc colligi uera iusificationis tua, quæ mortificando atq; sepeliendo incipit. Exemplo Christi, sic percunt omnes sancti, imò perire uidentur, sed non ad interitum, uerum ad uitam.

Sub Pontio Pilato.

Confirmationis uerba à circumstantia personæ iudicatis, ne quis dubitet Christum uerè fuisse mortuum, sicut illi, qui Christo phantasticum corpus attribuunt.

Descendit ad inferos.

Et hic ad inferos descensus, mea est factus de causa, ut ego à perpetuis inferis liberarer. Et quam passionē paulo ante pluribus uerbis enarrauit, nunc uno uerbo ins-

CATECHISMVS

¶os uocat exaggeratoriè, quò exaggeret passionem Christi ultra omnēm aliam crucem humanam, et reuera, nascuit aliis hominum & què crudeliter tractatus, teſte Eſ-
cap. 53. Non est ſpecies ei neq; decor. Et uidimus eum, et
non erat aspectus, & desiderauimus eum deſpectum &
nouissimum uirorum, uirum dolorū et ſcientem infirmi-
tatem. infernus hic non certum aliquem locū ſignificat,
ad quem relegatæ ſunt animæ, ſed crucem atq; adeo ut
imnes persequitiones, in quibus uersatus eſt Christus. El-
ipſe ait psal. 17. Dolores inferni circumdeuerunt me. Ita
psal. Quoniam non derelinquens animā meā in inferno,

Tertia die resurrexit a mortuis.

Sic Christus permansifſet in inferno ac morte, et non
resurrexiſſet à mortuis, uel ut David canit. Si Deus po-
niſſet ſanctum ſuum uidere corruptionem, nihil pro-
fuſiſſet nobis mors Christi. Resurrexit uero, ut nobis re-
ſurrectionem faceret, ut quemadmodum ipſe iam reſur-
rexit à mortuis, uicto inferno, satana, morte & pe-
ccato, ita & nos per Christum, à tyrannde illorum ho-
ſtium refurgamus. Et quanquam illi hostes adhuc tyra-
nidem ſuam exercent, nobis tamen qui Christi ſumus, na-
cerē nō poſſunt, immo tyrannis satanae, mortis, peccati &
inferni, ſanè non eſt dominium apud Christianos, ſed po-
gius larua quædam dominij.

Ascendit ad cœlos.

Hic triūphus Christi deſcribitur, quē celebrauit aſcen-
dens

dendo in cœlum, prostratis omnibus suis hostibus, ubi
nūc sedet regnans potenter in uictos suos hostes. Et nos
qui Christo insiti sumus per fidem, iam cū eo regnamus,
et post hanc uitam regnabimus in æternum. Hic sub spe
certa: illuc à facie ad faciem, hoc est, præsentia liter. Cœ
lum est, ubi nūc deus est. Deus est ubiq: Ergo cœlum
non est ad certum aliquem locum adstringendum. Re
gnum celorum et hic, et aliquoties apud Euangelistas
Ecclesiam significat, in qua regnat pīj super prædictos
hostes. De hoc triumpho lege psalmus s. &c. 67.

Sedet ad dexteram dei patris omnipotentis.

Incipit nunc depingere articulorum scriptor, præ
mia et gloriam, quæ secuta est uictorem Christum, uide
licet, quod sedeat nunc ad dexteram dei patris, honore
ac gloria coronatus, constitutus super omnia opera dei,
super omnem principatum, potestatem, uirtutem, domi
num, nomen. Cui soli subiecta sunt omnia, oves et bos
ques, pecora campi, uolucres cœli et pisces maris &c.
Psal. a. ad Ephes. i. ad Col. a.

Est autē sedere ad dexterā dei patris et qualiter regna
re cū deo patre. Hic quia subiecta habet sibi omnia: Er
asmi et Christus. Hic quia omnipotens est: Ergo et Chri
stus. In summa, sedere ad dexteram dei patris, est omnia
communia habere cum patre. Obiter ostendit hic locus
Christum deum esse, quia patri est et qualis. Sed obsecro
quo modo sedeat Christus ad dexteram dei patris? Res

CATECHISMVS

Spondeo: Non ut ociosa persona, sicut quidam falso nū
gantur de Christo, sed ut rex & sacerdos sui, ad in-
terpellandum pro nobis, & ad defendendum nos aducere.
Ius omnes omnium hostium impetus. Papa cum suis fit-
git nobis Christum sedere ad dexteram dei patris, tan-
quam terreni cuiusdam regis filium, qui præter sedre
cum patre nihil commune habet, & nescio quæ dia fa-
git atque refingit, donec concludit Christum amplius u-
hil commercij cum Ecclesia possidere, sed eam iam rela-
ctam esse Pontificibus administrandam atque regendam.
Quæ quidem aperte impia esse, quis non uideat? Quare
doquidem æterno Christi pastoratu contrariantur, q[uod]a
quo ita multis agit Ioan. 10. cap. item David Psalm. 109.
Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchi-
sedech. Et Christus inquit: Manebo apud uos usque ad
consummationem seculi,

Postremo sedet Christus ad dexteram dei uerus deus,
& uerus homo. Homo, ne timeamus eum accedere, deus
qui potens est, ut defendat nos aduersus omnia mala.

Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos.
Hactenus ob oculos posuerunt nobis articuli fidei ad-
uentū Christi in hanc carnem, passionem et glorificatio-
nem. Nunc de altero eius aduentu ager articulorum at-
tor, qui erit in consummatione seculi huius, quo tandem
supprimet et scabellū ponet omnes suos inimicos, iuxta
illud: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis.

donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
De hac glorioſima uictoria, multa canit David psalm.
109. Meminit Paulus 1. Corin. 15. ubi ait: Oportet cum re-
gnare, donec posuerit omnes inimicos suos sub pedes.
Hoc aduentu & mors nouissimus hostis aboletur prorsus.

Et quia ualde consolatorius est secundus Christi aduen-
tus, sicutur hic aliquandiu immorabitur. Tempus quo uen-
turus est Christus, describit Mat. 24. cap. Veniet autem
tempore magna securitatis, quando nihil minus futurū
cogitabit mundus. Quemadmodum accidit diebus Noe,
cum ederent ac biberent, contraherent matrimonium et
nuptum eloarent. At quomodo uenturus est, ex quid
effecturus, ubique tradit nouum Testamentum, ut Mat-
th. 13. Sic futurum est in consummatione seculi, uenient
angeli, & segregabunt malos de medio iustorum. Item
cap. 25. Cum autem uenerit filius hominis in gloria sua,
Omnes sancti angeli eius cum eo, tunc sedebit super se-
dem gloriae sue, et congregabuntur ante eum omnes gen-
tes, & separabit eos, alteros ab alteris, sicut pastor segre-
gat oves ab haedis. Et statuet omnes quidem a dextris, ho-
dos autem a sinistris ex c. Item 24. Et tunc apparebit si-
gnum filij hominis in celo, & tunc plangent omnes tri-
bus terrae, et uidebunt filium hominis uenientem in nu-
ibus coeli cum uirtute et gloria magna. Item 1. Corin.
15. Non omnes dormiemus, hoc est, non omnes erimus
mortui. Erunt enim in aduentu Christi adhuc uiui homi-

CATECHISMVS

nes, iuxta illud: Nos qui uiuemus, rapiemur illi in occursum Omnes autē immutabimur, hoc est, qd' alias Paulus dicit: Seminabitur corpus animale & resurget spiritus le. Signa quae Christi aduentum p̄cedent, Math. 24 ordine recensentur. Et hodie nusquam non apparet, unde sperandum est dominum breui adfuturum. Apostolus indicat in epistolis ad Thessalo. tempore suo magnum timorem fuisse in hominibus de aduentu Christi, qui tamen solatio esse debebat. Verum nos nihil minus curamus hodie, quam Christum aliquando adfuturum, & iudicaturum uiuos et mortuos.

D E V E R O usū secundæ partis articulorum.

Nos qui uerbum dei habemus, scire debemus, hoc aduentu appropinquare nostram redemptionem, ideo gaudio adfici nos oportet, quoties audimus de magnifico illo accessu Christi. Nec scriptura firmiorem consolatiōnem habet, qua erigit piorū animos ex afflictione, quam hunc aduentum, quem simul nobiscum expectant omnes creaturæ, sollicitè expectantes, ut palam siant filii dei, et ipsæ liberentur à uanitate, cui subiaceant, propter eum, qui subiecit sub spe certa, ad Rom. 8. Noster itaque hic aduentus est, sicut reliqua omnia Christi.

D E V E R O usū articulorum secundæ partis.

Verus usus articulorum secundæ partis est, ut intelligas et credas Christum Iesum uerū deum atq; hominem esse, qui conceptus est de spiritu sancto, ut conceptionem

ERASMI SARCE.

96

tuum peccatis contaminata purgaret. Natus est ex Ma-
ria virgine, ut tuam peccatricem nativitatem emundaret.
Passus est sub Ponio Pilato, crucifixus & mortuus, ut
afflictiones tuas, quas iure propter peccata tua ferre
debiisses, abs te transferret. Sepultus est in mortem, ut
quemadmodum ipse excitat us est ex mortuis per gloriā
patris, ita et tu surgeres ad nouam uitam. Descendit ad
inferos, ut te liberum ab inferis faceret. Ascendit ad cœ-
lum, superatis omnibus hostibus, ut te etiam illorum do-
minum constitueret, ubi et regnat super peccatum, mor-
tem, satanam & mundum, in hoc, ut & tu regnes. Sedet
ad dexteram dei patris, ut te protegat ab omnibus hosti-
bus. Inde uenturus est iudicare uiuos ac mortuos, hoc
est, altero suo aduentu declaraturus, & suam & tuam
gloriam, positurus te in æternam uitam.

DE TERTIA articulorum parte,

de sanctificatione.

Credo in spiritum sanctum, sanctam

Eccleſiam catholicam &c.

Priores duæ articulorum partes docuerunt nos sim-
plieſſimè de fide, erga deū patrem & filium. Item, quo
modo deus uelit noster esse pater, ut protegat ac serue
nos ab omnibus malis, idq; in ſuo Christo unico mediato-
re. Verum has patris promiſſiones, nemo aut credere
aut intelligere potest.

Quare ſpiritus Sanctus datus eſt, q; illuminet nos, cæcāq;
noſtre

CATECHISMVS

nostra corda sua gratia reddat oculatiora. Faciliusque
de beneficiis dei in Christo collatis disputare. At sane
perquam difficile, illa ipsa credere, ut ea apud animum
sensias, atque in periculis reuera experiaris. Orandum ita
que est deus per Iesum Christum, quod dignetur nobis ma-
tere spiritum sanctum, ut illuminemur in taneo thesauro
et uerè cognoscendo, et firmiter credendo.

Q VID SIT credere in spiritum sanctum.

Credere in spiritum sanctum, est credere spiritum san-
ctum uerum deum esse, cuius officium fit: uocare nos ad
Euangelium, in illo cognoscendo, illuminare, recta fide
sanctificare, in recta fide conseruare, quod pignus sit, et
que adeò signaculum, quo certificamur et obsignamur
in cordibus nostris de promissionibus et beneficiis Chri-
sti, quod sumus filii dei, ad Rom. 8. Item quod sanctificet
atque aptos faciat animos nostros ad sancta ac bona ope-
ra, dum creat in nobis nouos affectus.

Sanctam Ecclesiam catholicam.

Vasa nunc sequuntur, in quibus operatur spiritus
suis officijs. Primum enim exercet sua officia in catholi-
ca Ecclesia, quæ non suis uiribus ad cognitionem uerbis
uenit, sed spiritu sancti præsidio uocata, congregata et
sanctificata. Est igitur Ecclesia sancta, non propter pro-
priam sanctitatem, quæ sane nulla est, sed propter spiri-
tum sanctificanem. Verum hic principali ad sanctifican-
dum medio utitur uerbo, quod ubi est, ibi est spiritus san-
cti.

ERASMI · SARCE.

17

Am, & ubi spiritus sanctus est, ibi est Ecclesia,

V N D E cognoscatur Ecclesia.

Ecclesia non est exposita humanis oculis. Nam si cerneretur, non opus esset, ut eam crederemus. Cognosci autem potest ex uerbo & sanctificatione spiritus sancti, quae duo signa ubi sublati sunt, & maxime illorum effectus, qui sunt: solari, et erigere conscientias fide in Christum, ibi Ecclesia satanae est & dissipationis, in qua regnat satan & pseudoprophekte, quorum doctrinam sequitur intranquillitas & perturbatio in conscientijs.

A Q V I B V S debeat iudicari Ecclesia, & regi:
Ut Ecclesia non cernitur humanis oculis, ita nec huius
mano iudicio subiacet, qua de re pulcherrimum exem-
plum habes in Helia. 3. Reg. 19. Cui respondit deus: Et
dereliqui mihi septem milia uirorum, qui sua genua non
incurvauerunt coram Baal. Verbum & spiritus sanctus
solum sunt Ecclesiae rectores, et quae hi docent, seruanda
sunt. Neque uero docet spiritus sanctus diuersa à doctrina
Christi, iuxta illud Ioan. 14. Hæc locutus sum uobis,
apud uos manens, Paracletus autem ille, qui est spiritus
sanctus, quem spiritum mittet pater nomine meo, ille
uos docebit omnia, & suggesteret uobis omnia, quæcunqz
dixi uobis. Papa malignantis Ecclesiae caput est & hypocriticæ: igitur pro arbitrio præscribit suæ ecclesiae,
quæ nulli, etiam ea, quæ aperte sunt impia.

D E N O M I N E Ecclesie.

Eccle-

CATECHISMVS

Ecclesia Latinis congregationem siue cœtum sordidum
Et nomen accepit a spiritu sancto congregatore, non a
Papa, cuius Ecclesia hypocritarum conciliabulum est,
in quo tot sunt sectæ, quæ membrorum capita. Hec Ec-
clesia Papistica nomine habet a dissipatore Papa, qui dis-
picias & turbulentias conscientias facit.

ECCLÆSIA non est alligata a loco.

Ecclesia nulli certo loco est alligata, sicut ne spiritu
tus sanctus rector Ecclesiæ, sed dispersa est per totum
terrarum orbem. Ideo non Romæ est, aut alibi, sed sim-
pliciter ubi prædicatur Verbum, quod est medium, per
quod operatur spiritus sanctus.

Sanctorum communionem.

His uerbis exponit, quid sit Ecclesia, uidelicet sancto
rum communio. Vocatur autem communio, quia in his
nulla est prærogativa, in qua unus possit præ altero glo-
riari. Exempli gratia; In una ciuitate ex aequo omnes
ciues, uno iure, iisdem legibus & statutis utuntur, per
cula publica quoque habent communia, & si est que li-
bertas, si quæ priuilegia sunt, ijs omnibus æqualiter frui
tur, & quod omnium est maximum, in tanta officiorum
diuersitate, non redundunt turbulentiores, quisque suo
officio fortunaq; contentus.

Ita in Ecclesia comparatu est, in qua multa sunt mem-
bra unius corporis sine omni prærogativa. Nam dignissi-
mum in corpore ius habet, quod oculus, nisi quod oculis

maius officiū sustinet. Utuntur una ijsdem donis ac priuilegijs omnia membra, quæ nūquam diuersitate officio rū offenduntur, quia nituntur ad eundem finem omnia.

Remissionem peccatorum.

Hic articulus continet opera spiritus sancti, que operatur in sua Ecclesia, scilicet remissionem peccatorum, quam si iudicauero esse opus spiritus sancti, facile statuam satisfactionis merita, & indulgentias Papisticaas uanas esse. Hunc articulum opponemus omnibus operum iustitarijs, & prostrati iacebunt. Porro ut intelligamus modum huius operationis in remittendo peccato, incipiendum est à fide, quam donat spiritus sanctus, & hec impetrat remissionem peccatorum.

Carnis resurrectionem.

Remissio peccatorū efficit nos filios dei, uerum uita eterna seu resurrectio ad æternam uitā, quamuis de ea certis sumus ex ob-signatione spiritus sancti, tamen non sequitur statim re ipsa possidenda, hoc est, ut Paulus ait, à facie ad faciem, nisi primum exuto mortali hoc corpore, exemplo Christi patiamur, et dei-ciamur in mortem, quæ quidem non est digna mortis uocabulo, sed potius larua quædā mortis est, quæ non nihil terret à longe, at non deuorat, quia aculeus illi sublatuſ est per Christum.

Et uitam æternam.

Postremus hic articulus finem seu scopum habet, ad quem tendunt omnes homines, uidelicet: ut post hanc uitam

CATECHISMVS

uitam alia potiamur. Apud philosophos & poëtas illarum extant de uita æterna opiniones. Quidam simul uitam cū corpore interire crediderunt. Et huius opinio nis cōplures adhuc reperire licet in Italia. Nos qui vero bū habemus, certi sumus ex multis scripturæ locis de uitâ æterna, quæ si non sequeretur, nescirem an esset inter omnes creaturas alia calamitosior homine. Et sane melius esset, ut ille ait, non nasci aut quam ocyssimè mori. Quæ lis uero sit uita æterna futura, ubiq; depingit eam scriptura, Apoc. 21. Cessabit luctus, et absterget deus omnia lachrymam ab oculis eorum. Esa. 65. Gaudium & exultatio in æternum. Apoc. 21. Et ipsi populi eius, & ipsi deus cum eis &c. Describit uitam æternam Petrus cap. 3. Vanæ sunt spæculations humanae de uita æternâ, quibus plerunque conferuntur caducæ uolupties cum æterno illo gaudio. Ideo et æterna uita potius credenda est, quam humanis cogitationibus perscrutanda.

O BIECTIO. Quis conseruat nos ad uitam æternam, ne recidamus à fide, quam sequitur uita æternâ?

R E S P O N S I O. Hoc facit spiritus, qui et uocat ad fidem & conseruat in fide, cui promissa est uita æternâ.

D E V E R O usu tertiae partis articulorum fidei.

Verè utūtur articulis fidei in tertia hac parte, qui erunt spiritum, deum esse, cuius sunt officia; uocare & Euangelij cognitionem, dare fidem, in ea conseruare, exp̄nere Christum, & certificare conscientias de doctrina Christi.

ERASMI SARCE.

Christi. Item, qui credunt spiritum sanctum hęc omnia
in nobis operari, sine nostris meritis aut uiribus. Itē, qui
credunt sanctam Ecclesiam catholicam, quae cum non
sit oculis exposita, tamē reuera existentem, per spiritum
sanctificatam ad faciendum fructus spiritus, & quod illa
Ecclesia nulli sit certo loco aliigata, sed per totum mun-
dum diffusa, ubi cunq; prædicatur uerbum sincerum ac
paruum, cuius caput Christus, una cum rectore spiritu
sancto est. Item, qui intelligit Ecclesiam eam esse sancto-
rum communionem, in qua nulla prærogativa est, sed in
qua pīj omnes donis & beneficijs Dei ex aequo uiuuntur
omnes ad salutem. Inter illa uero beneficia ac dona pro-
prium esse, remissionem peccatorum, quam in Ecclesia
operator spiritus sanctus, in Christo Iesu. Postremo, qui
credunt resurrectionem mortuorum ad uitam æternā.

DE ORATIONE DOMINICA.

Dlximus hactenus de maximo illo thesauro à Deo
pare in Christo nobis proposito, quem spiritus-
sancti opera intelligimus & suscipimus. Verū cum nul-
lus aliud theaurus neq; preciosior, neq; maior existat, cū
uel in celo, tum in terris: Igitur oporiet etiam quamplu-
rimos esse, qui nobis cum uel clam suffurari cogint, uel
ui abripianu. Quare non minor erit cura, ut ille aut in re-
alia, & alia tueri, quam acquirere. Sic enim comparatum:

CATECHISMVS

esse uidemus, quod quanto preciosiorem thesaurem quis possidet, tanto quoque maiorem illi curam impendere, ita ut cum ipsis opibus ad crescant etiam cure, iuxta communem proverbiū: Quanto quis diuīor est, tanto magis sollicitè uiuit. Ideo & nos uerbo Dei nunc diuīites facti in omni agnitione & cognitione spirituali, summo studio contendere debemus, ne satan tanquam bona, nobis negligitibus quidem, subtrahat. Siquidem prae oculis eruntur, ad quas insidiās paratus sit ille, ut euertiat nobis uerbum, aut ad minus reddat auditores uerbi segnes, & oscitanies, ne eo, quo decet, studio prosequamur uerbum, ut sic tandem postrema fiant peiora primis. At satan dolendum est, nostram Germaniam tanto hodie iherosolam donatam, nihil minus timere, quam huius subtractionem. Fortassis occultius ludit satan ad interium uerbi, ne ab omnibus eius doli cognoscantur. Verum tanto prudenterius esset nobis agendum, quod liceret occulta illata bellicae, sed suaves sub ueræ pietatis praetextu apparuisse & ideo hostiliores ac magis nocui. Regnum Papisticum non telis neque bello instituit, sed pijs in speciem certaminis. Eiusmodi dolos adhuc multos habet pater ille omnium iniquitate, quibus conatur simplicitatem uerbi tollere, hinc oscitania erga uerbum, hinc sectare, hinc & alia masspiritualia, ultra humanum captū foria, quae ne cogintaneant tandem de nobis uictoriā, opus erit securitatem.

ERASMI SARCE.

cc

euere, & ad seriam configere orationem, quæ uel so-
lā in his imminentibus periculis iuuare potest.

Porro adhuc abumur nos ad orationem, & deterre-
bunt à securitate, arma illa satanæ contra uerbum, quo-
dactenus uidimus, & sumus experti, proh dolor, in no-
stra Germania. Nam cum ex gratia dei, nostris his empo-
ribus rediisse uerbum syncerum, statim adortus est illud
sancti doctissimos quoq; in suo regno excitans, qui scri-
psit renatum uerbum impugnarent. Sed cum hac uia nō
succederet, à pennis ad arma est progressus, quibus ma-
ximam illam cladem rusticorum excitauit. Et dū ne his
armis quicquam dignum in oppugnando uerbo dei effi-
ceret, ccepit alia crudere in specie pia, quibus hodie utun-
tur complures, qui præ arrogantiæ spiritu dissipant Ec-
clesiam, eodem uerbo nobiscum uterū, tamen peruerso
ac corrupto intellectu, uerum nec his armis multum esse
cit. Qui itaq; satan cum hoc usq; lancis ielis usus fit, ut
vel uerbum simplex suspectum redderet, uel eradicaret
prosperus, credamus itaq; talem hostem dormire? At sancte
korugens, querens quem deuoret. Idcirco statuendum
est, hostem satanam adhuc alia haberet arma, quæ crunc-
te predictis occultiora, & fortassis talia, quæ nos nunc cō-
temnumus, aut ad minus non timemus, qualia certò credo
bodie esse securitatis tela, cuius soror est ingratitudo,
hoc ut sunt hodie frequemissima, età mirabili, immo hor-

CATECHISMVS

viblli progressu sauciant ferè omnium hominum peccatora. Quantam fenestram credimus apertam ipsi securitati, dum alter alterum iudicat, damnat & reicit presulum sine modo gloriamur de uicto et prostrato satanam utrisq; buccis confitemur ueritatem, interim uitrem eius factis denegantes, in summa securitate ac ingratitudine constituti? Dolendū est, filios huius seculi in sua generatione prudentiores esse filijs lucis. Illi tempore pacis nullis non obicibus atq; seris obfirmant suos temporales thesauros, quò ab incursionibus furū sine tuti. Noverunt tamen thesauris spiritualibus eiam ad summū usq; faciati, nulla præsidia, nulla munimenta nobis paramunt quibus in necessitatis tempore uel uni hostiolo occurrere liceret. Vnde certissimè coniicio hæc securitatis armæ illa, quæ faceissent nobis negotium in retinendo uerbō, quod tollere hactenus nō potuit satan. Aut si retinuerimus, fortassis erit illud nobis, non in salutem, sed in testimoniū tanum, quod in extremo dic accusabili nos securitatis, & ingratitudinis nostræ. Facile etiam ferre protest satan, ut prædicetur uerbū, modo non in salutem.

DE ARMIS CHRISTIANO-

rum contra furem satanam.

Satan, ut ostensum est satis, machinatur nobis furtum uerbi, qui cum spiritus est, externis armis pelli non potest. Ut autem habeamus thesaurū, tutum ab insidijs satanae, cōfugiendum erit ad armaturā dei, quā cudit Paulus.

ad Ephe. 6. cap. vt simus circumincti circa lumbos nostros balthos per puritatem, & indui thorace iustitiae, & calceati pedibus, assumpto scuto fidei, quo possimus omnia iacula satanae ignita excipere, in omni deprecatione & obsecratione orantes in omni tempore in spiritu, & ad hoc ipsum uigilantes, cum omni sedulitate & deprecatione pro omnibus sanctis. Inter haec arma uide orationem praecipuam esse. Et Christus ad hanc confugit in extremis. Item dicit hoc genus demoniorum non posse ejici, nisi ieunio ac deprecatione, id est, oratione feria ac ieuina. Concludo itaq; non esse aliud praesentius praesidium contra furem satanam, ad conseruandum Verbum, quam ipsam orationem, ancoram & asylum nostrum.

Q V V R iuuent dicta arma contra satanam?
 Orationes nostrae non ualerent per se coram deo, nee tantum uirtutis aut praesidiij conferrent contra satanam, nisi uerbum Christi accederet, quo iubet nos orare, cui si quis fudit, certo exauditur. Dicit enim: Petete, & dabitur uobis. Immo deus delectatur nostra oratione, iuxta illud: Inuoca me in die tribulationis, & ego exaudiam te. Item: Si me inuocaueris, honorificabis me. Vbi inter cetera conseruandum est, quod deus pro honore ducat sui muscationem.

DE MAIESTATE & excellencia orationis.
 Neq; in celo neq; in terra maius opus est ipsa oratio-

CATECHISMVS

ne, nō quia ego oro, sed propter promissionem, quā polli-
citus est deus in uocantibus eum exauditionem. Hac ora-
tione omnes pīj ab initio mundi semper sunt usi in peri-
culis. Et Christus ipse in horrore mortis constitutus, ad
nullum humanum præsidium configit, certò sciens deu-
patrem sola oratione delectari.

DE SCALA orationis.

Necessitas urget orare, præceptū dei iubet. Promis-
sio certos nos facit de exauditione. Fides impetrat per

DE OCCASIONE orandi.

Et ne quis de orandi occasione diu secum deliberen-
sciendum est, quenque apud se orandi occasionem sen-
per habere præsentem. Nemo enim adeo omnem experie-
felix est, qui non a' iqua necessitate prematur. Si vero
quis ita est felix, ut opus non habeat pro se orare, nec
lat oculos ad mundum, & pro illius impietate oret, ne
blasphemet Verbum, ne dñe nesciet sanctum dei nomi-
ne persequatur pios. Et cum ne sa' an agat ferias, quo lu-
ceat sibi Verbum aut tollere, aut deprauare, aut audi-
res Verbi segnes reddere: ideo nunquam decrum ora-
di occasions.

RATIO CVR deus procrastinet exauditionem.

Procrastinatio exauditionis nō fit sine causa. Quem
admodum enim prudens pater infantī filio non statim
dat pecuniam, quia per etatem ignorat adhuc usum po-

ERASMI SARCE.

65

enitie; Ita & deus nouit oportunitatem temporis, quo dare debet, idq; nostro magno atque incredibili commodo. Quare deo non est præscribendum exauditionis tempus, sed facta petitione, in summa patientia expectandum. Huc spectant loci in scripturis: Semper orate, Eccl. 18. & Luc. 18. Instigate obsecrationi, ad Collo. 4. Ora te sine intermissione. 1. Thessa. 5. Vigilate in orationibus 1. Pet. 4. Orate assidue. Iacob. 5.

DE GESTIBVS orationis, & quomodo

orandum.

Paulus orantes, 1. ad Timoth. 2. uult habere manus puras, absque ira & disceptatione, hoc est, quod Christus loquitur Matth. 5. Itaq; si obtuleris murus tuum ad eam, & illi recordatus fueris &c. Vbi Christus reconciliationem proximi præponit suo honori, quod certissimum signum est, eam orationem placere deo, quæ fit ex animo erga fratrem seu proximum quieto. Puras manus subinde uocant prophetæ, manus non inquinatas sanguine, ponentes possumus effectum pro causis.

Apostolus gestum orationi addit, uidelicet ut sustollamus manus, qui gestus signum est internæ fiduciae ad deum, qua certò credimus a securos nos, quod petimus.

ORATIO NON est certo loco alliganda.

Locus non commendat orationem, necq; plus ualeat oratio uel in templo uel in alio loco facta. Siquidem nec pericula, quæ cogunt orare, uno aliquo certo loco oscure

CATECHISMVS

runt. Neq; amplius ualeat oratio, è ueteri Testamento us
cerisita, quam lege coacti seruabant Iudei. Nam quis ab
Euangelio sumus, scimus illud tempus iam uenisse, de
quo loquebatur Christus Samaritanæ mulierculæ, i.
4. Sed uenit hora, & nunc est, quādo ueri adoratores
adorabunt patrem in spiritu et ueritate, neque in nomine
hoc, neq; Hierosolymis &c.

DE ABVS V orationis apud Papistas.

Satan sub regno Papistico usum orationis tantum fu
stulit, interim permisit orationis uerba manere, & fui
ex oratione opus operatum, ut quanto quis saepius mur
muraret uerba orationis, tanto plus præmij mercretur,
Quæ opinio tandem peperit nobis inuocationem fax
ctorum, & sic oratio, quæ ad solum deum perirebat,
ad sanctos etiam abire cœpit. Stultissimum foret apud
homines, si quis regalibus titulis salutare rusticorum.
Quantam credemus nos stultitiam esse, orationem uni
dei conuenientem, ad sanctos quoq; tranferre? Est pra
terea orationem trasferre ad sanctos, prouare deum suo
honore, quem cū creaturis non uult habere communum.

OBIECTIO. si quis in mundo uel principatu
loqui uoluerit, non faciet hoc, nisi per patronos seu in
tercessores, quare igitur magis hoc coram tanta maiestate
faciendum est, quæ cest deus?

RESPONSIo. Quanquam multa responsa his
adduci possint, tamen diuo Ambrosio obiectionem illam
dilacem

diluendam relinquimus. Hic in hunc modum scribit in
primum cap. ad Roma. Alia est ratio cum Imperatore
aut principe aliquo, qui tantum homines sunt: Alia quo
queratio cuni deo est, in quem nihil humani cadit.

DE ABVS V orationis apud nos ho-

die, qui audimus verbum,

Nos qui hodie audimus verbum, scimus ex gratia
dei, quid sit uere orare. Verum frigidissime & rariſſi-
me oramus. Olim male orabatur, propter malum oratio-
nis intellectum. Nūc cum uerē orare nouimus, fit, quod
ferē nemo oret. Quare uirinque peccatur. Ast orandum
erit modo uelimus nostrum thesaurum cognitæ uerita-
tis ab archifure satana saluum.

DE DISCRIMINE inter orandum

& murmurandum.

Aliud est orare, aliud est murmurare, siue obiter tan-
tum sine omni affectu uerba orationis recensere. Orare
est ex necessitate fide aliquid petere, sub certa spe, idq;
proprie promissionem dei de exauditione factam. Mur-
murare uerba & diabolus nouit. Hoc est, sine omni fru-
ctu orare, & est peccatum contra secundum præce-
plum: Non assumes nomen domini dei tui in uanum. Il-
lud est cum fructu orare, & est seruare secundum præ-
ceptum de inuocando nomine dei.

DE INSTITVT ORE orationis Dominicæ.

Orationis, quam uocant Dominicam, autor est Chri-

CATECHISMVS

stus, qua uoluit nos proponere deo patri sub suo nomine, omnes aduersitates, quæ nobis contingere possunt in hac uita, tam corporales, quam spirituales.

Pater noster.

Salutationis uerba hæc sunt, sicut & humano narare & alloqui. Sunt autem hæc uerba plena consolacionis, quæ inuitam nos, & erigunt humanum animatum orandum. Quis enim alias non deterreretur ab oratione, si hic deitatis aut maiestatis appellationibus effusus Christus? Pater uocatur deus ab effectu, quod non potest non adfici periculis filij, & iuuare illum, sit etiam periculum quantumuis magnum.

Qui es in cœlis.

Vel quia das coelestia, uel quia non humano mardas, uel quia potens es dare quemvis. Commendamus nobis omnipotentiam dei. Si enim deus homo esset, juri tassis dubitandum foret de exauditione. Discernitur his uerbis pater deus ab humanis patribus.

Sanctificetur nomen tuum.

Prima est hæc petitio in oratione Dominica, et mortali etiā. Nam qui primū querunt regnum dei, illis necessario ex promissione Christi, omnia necessaria coniunguntur. Mundus in hac petitione contrarium ludit, et primū querit opes. Iuxta uulgarem poetæ querelan: O tristes, querenda pecunia primum est. Virtus post rati-

ERASMI SARCE.

64

mos &c. Hinc nec mirum est, et si sepiissime tertius ha-
re, relictus a parentibus bona non possideat. Si quidem
deus non benedic bonis, neglecto Verbo, partis. Ec-
tibi benedictio domini non est, ibi oporiet, ut cumula-
tipissime queque diuinitate pessum eant.

Q V I D S I T sanctificare nomen dei.

Sanctificare nomen dei, est uerbum dei magnifica-
re, pure & libenter audire, probè m-ditari & secundū
modi pie uiuere. Hodie magnam habemus huius petitio-
nis occasionem, quia nullibi non blasphemis oneratur
nomen dei. Prophetæ & sancti omnes hac petitione ma-
xime sunt delectati, ut sanctificaretur nomen dei, non
tunquam promissionibus, nonnunquam minis eò trahen-
tes populum, ut disceret nomen dei sanctificare. Spectat
huc aliquot psalmi, qui nobis uerbi autoritatem com-
mendant, ut us. una cum 21. sequentibus psalmis, in
quibus sanctificat uerè nomen seu uerbum dei David:
principia ex psalmis sum hæ sententiae: Beati immaci-
lati in uia, qui ambulant in lege domini. Beati qui scrutan-
tur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum.
Viam ueritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus,
Viuifica me secundum uerbum tuum.

Da mihi intellectum, & scruta or legem tuam.

Et ne auferas de ore meo uerbum ueritatis usquequaq;

Da mihi intellectum, ut discam mandata tua.

In eternum domine uerbum tuum permanet.

Quoniam

CATECHISMVS

Quomodo dilexi legem tuam domine, totu die meditatio mea est.

Quam dulcia fauibus meis eloquia tua.
Lucerna pedibus meis uerbum tuum.

Adueniat regnum tuum.

Secunda hæc petitio orat pro aduenientia regni dei, in qua simul petimus & confitemur. Petimus id aduenire quod abest. Et confitemur id reuera abesse, quod petimus. Nam si regnum dei aduenire debet, certum est illud nos non habere, immo in alio regno uersari. Hoc autem regnum satanæ regnum esse oportet, quia præter hæc duo non sum ali regna. Quare cum oramus regnum dei aduenire, petimus eripi e regno satanæ, & collocari in regno dei. Est autem regnum dei ipsa Ecclesia, uerbo dei ornata, in qua regnat deus per Verbum, & quod nos regnare in ea efficit. Oramus itaque hac petitione progressu ac intellectu Verbi in Ecclesia. Tuum, cœpi phasim habet. Siquidem cum hoc regno nihil commercij est, neque satanæ neque mundo.

Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra.

Quo regnum dei commodius ad nos ueniat, et regnum satanæ cedat, oportet ut in omnibus rebus fiat uoluntas dei, nostraq; supprimatur. Et sicut in regno satanæ permittimus illi, ut in nobis regnet pro arbitrio, ita & in hoc regno permittendum est deo, ut in nobis regnet pro uoluntate. Hoc autem concedere deo, non est in uiribus nostris

ERASMI SARCE.

69

neſtris: Ideo orandus eſt deus. Fit uero uoluntas dei, quando nos ita ſubijcimur deo, ut credamus omnia ſive bona ſive aduersa, quæ nobis in regno dei accidere poſtſunt, beneuola dei uoluntate contingere.

EPILOGVS ad præcedentes petitiones.

Hæ tres petitiones, ut cunque iam expositæ, noſtræ ſalutis ſumma continebunt, nec quicquam ita ſcire refert, achaſ ipsas. Sunt enim quodammodo cauſæ, ex quibus hæbent reliquæ quicquid hæbent. Sequentes petitiones id corporis uſtulationem magis respiciunt.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

Hac petitione pro corporis uictu oramus, qui per ſe quidem uenit etiam non quæſitus, modò regnum dei apprehendamus. Qui enī poteſt fame perire, qui uerbū habet, propter quod largitur deus uictum, ſæpe ubi etiā non est occasio parandi uictus? Exemplo Iſræl, quos deus propter uerbum ſuum ſaturauit in ſolitudine, tum quidem, quando nihil minus cogitabant futurum. Sortita uero eſt pulchro ordine hæc petitio locum, post ſpirituſum rerum petitiones, in certissimum ſignum, eos fame perire non poſſe, qui amplectimur uerbū, qui ſunt in regno dei, qui cum omni ſubiectione ſanctificant no- men dei, iuxta illud: Primum querite regnum dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicietur uobis. Item Dauid inquit: Psalm. 36. Puer fui & conſenui, nec uidi iuſtum

CATECHISMVS

stum derelictum, aut semen eius querens panem.
DE IV DICIO mundi in hac petitione.
Hec petitio mandi iudicio stultiissima est. Hic enim
in hunc modum argumentatur: Si laborauero, habebus
quod edam. Et quithoc arguento ducuntur, non opus
habent, quod orent pro corporis sustentatione scilicet alii
qui ex laboribus uictum habere possunt. Quo iudicium
pro uictu, sed eo in communi uti cum pijs, sicut in rati-
quis creaturis omnibus facit, quas deus solum in uigil-
fidelium creauit, qui norunt et sciunt pro eis orandum
esse, et fruendum illis cum gratiarum actione.

Rectius igitur pijs agunt, qui damnante labores su-
præ benedictione domini, quam solam credunt infi-
dare. Alioqui etiam quid opus fuisse, hanc petitionem
pro uictu inseruisse Christum orationi, si uictus effe-
nostris laboribus?

ARGUMENTVM, quod uictus non sit
è nostris laboribus

Si uictus esset è laboribus nostris, sequeretur, nos tem-
pore famis æque habere uictum posse, atq; alio tempore
cum abundant frumenta. Verum contrariū experimuntur
quod labores nostri parum aut nihil possunt, quando
deus permittit fruges tempestatum iniuria interire, tan-
dem uidemus terram nostris laboribus non respondere.
In causa uero est, quia deus non addit suam beneficium

uen, quæ sola facit crescere omnia. Ita iubet Deus Adam
Gen. 3. quærere uictum in sudore uultus sui. Ne tamen
credat se panem ex suo labore acquisitum, addit: ter
rappinas & tribulos germinabit tibi &c.

OBJECTIO. Si uictus non datur propter labores: Er
cessabimus laborare, & expectabimus uictum à deo?

RESPONSI. Deus laborare nos uult, ideo ius-
si Adamum laborare, sed non ut laboribus suis uictum
aciperet. Sic enim labores essent cause uictus. Igitur si
fi necessario haberent effectū, ipsam sustentationem cor-
poris, etiam sine benedictione domini. Cōtrarium suprà
offendimus. Laborandum uero est auicularum more, ii-
le canando suum officium faciunt, ad quod sunt à deo
creatae, nihil sollicitae de uictu, & dum uolant, fortiè re-
periū, quod edat. Ita & nos laborare debemus, ad quod
dei præcepto sumus adligati, inde laborum nostrorum
benedictionem è manu domini expectantes, qui aperit
manum suam, & implet omne animal benedictione. Qui
autem uellet sine labore à deo expectare uictum, is ten-
taret deum, dum cuperet foueri contra ordinationem
dei, qua ordinauit laborem. Panis hic significat quic-
quid pertinet ad sustentandum corpus. Nec opus est pa-
uem allegoricōs transferre ad uerbum dei, aut spiritua-
lem escam, cum de hac esca satis agunt precedentes pe-
niones. Quotidianum et hodie, uoces, prohibent curā ui-
tia. Nam sufficit sua diei adflictio, hoc est, satis est labo-
rare

CATECHISMVS.

Varare per diem non angit etiam. Siquidem in posterum set
per offeretur occasio parandi uictus, & si nos non faciu-
mus solliciti.

Et dimitte nobis debita nostra.

Hæc petitio in uniuersum damnat nos peccatores.
Si enim non essemus peccatores, quorsum attinueret han-
drationem adieccisse Christum? Reliquæ igitur in nobis
hærent peccatorum, donec hic uiuimus. Ideo etiam oran-
dus est deus, ne peccata impuniter nobis, sed condoneat pro
sua misericordia.

Sicut & nos dimittimus.

Quia nos cupimus remitti nobis peccata, igitur &
proximo sua peccata condonare debemus, quod si con-
donamus, erit illud cœrissimum signum, & deum nobis con-
donasse nostra peccata. Non quia nos remisimus, sed ut
indè certò discamus nostrā remissionem factā esse à deo.

Et ne nos inducas in temptationem.

Sexta hæc petitio petit, ne deus fratn nos à ueritate
intellectu recidere ad falso ac impiā doctrinam. Tum
enim cum sumus in regno dei, omnem fiduciam in deum
reijcimes, seruientes in omnibus proximo, cōdonando
illi errores, & ferendo eius infirmitates. Tum inquam
primum exurget satan atq; mundus, & faceſſunt nobis
negocium. Et quis iā posset in tātis temptationibus per-
ſisterē? Ideo orandus est deus, ne permittat nos à iunctu
tate verbi abstrahi ullis periculis, aut temptationibus.

Sed libera nos à malo.

In Græco est: ἀλλὰ γῆστες ἡμές ἀπό τοῦ πονηροῦ.
Est autem πονηρία malitia, seu nequitia, quæ non ita sta-
tim est omnibus nota. Quare oramus hac petitione, ut de
us liberet nos etiam ab illis malis, quæ non intelligimus es-
se mala, et det nobis iudicium, ne specie boni decipiāmūr
aut abstrahamur à uero uerbo. Multa enim arbitramur
nos mala esse, quæ non sunt mala: E contrā, multa iudica-
mus bona esse, quæ tamen sunt mala. Sic quis non iudica-
uit Papatum esse uerū dei regnum? Quis iudicat pestem
esse rem bonam?

Quoniam tuum est regnum &c.

Causam adiicit à facili, q.d. Christus, deum omnia hæc
præstare posse. Siquidem eius imperio subiecta sunt o-
mnia: Ergo & potens est omnia præstare.

DE SIGNIS SEV SACRAMENTIS.

Deo sunt frequentissima media, per quæ à princi-
pio mūdi egit deus cū hominibus, uidelicet, per
uerbū et per signa. Illud nudū ac simplex propositum,
ipsissima quidē est ueritas, cui merito fideri habere debe-
remus. Sed cum rāta sit humanæ naturæ imbecillitas, q.
humanis uiribus impossibile sit, simplici ac nudo uerbo
credere: Igitur nostra infirmitate motus Deus, signa uer-
bo adiecit, quòd sic mutua quadam uerbi & signorū co-
herentia, duceremur ad fidem erga promissiones dei fir-

CATECHISMVS

mam. Vfus uero est Deus signis, non semper, sed in maxi-
mis rebus, & rerum maximarum promissionibus, uel
ti in foedere de promisso Christo, in quo erant benedictiones
omnes generationes terrae. Huic foederi uerbis atque
promissionibus initio addidit circumcisio[n]em. Item libe-
ratorius deus filios Israël à tyrannie Pharaonis. Moysi si-
gna dedit, & ut ipse confirmet, & ut alij facilius ti-
crederent. item, deus dicens Israël in terram Chanaan
ipſi uerbo & columnam & nubem addit. Sic dimicauit
Israël, Nume. 10. tubæ signa adiicit, ne diffideret de praes-
entia dei. Et quia in nouo Testamento magnæ promissio[n]es
extant in Christo de remissione peccatorum. Quare
propter & his promissionibus accesserunt duo signa
scilicet, signum baptismatis, & signum altaris.

Porro & quia nos omnes homines sumus, sine dubio
eidem infirmitati obnoxii, qua patres ueteris Testamenti
prædicti fuerunt: Idcirco ut eam aliquantulū pelleremus,
signorum institutione nobis uoluit mederi Christus, sicut
non aliam ob causam, nisi ut illis fidem nostram erga pro-
missiones dei excitar emus, confirmaremus & provocassemus,
ad sacramenta remitti nobis omnia peccata nostra, pro-
pter fidem in Christum. Quam fidem habere, est dignitas
accedere ad sacramenta, ad quæ suscipienda nulla opera
nos digna facere possunt, quæ tantum externæ quedam
discipline sunt, nullo modo tamen negligendæ, ne accidat

dat ad signa, tanquam sus ad stabulum. Et sic remittuntur nobis circa sacramenta omnia peccata nostra, proprie fidei, tantum in promissiones signis additas, non quia aqua baptizamur, non quia edimus et bibimus, sed quia credimus uerbis Christi.

Accessurus itaq; ad sacramenta duo tibi consideranda ueniunt. Primum, i; sa ceremonia, seu signum, quod aliud nihil facit, nisi moveat te de promissionibus ei, i.e. stetur de beneuola dei erga te uoluntate, exerceat ac moueat cor ad credendum, erigat animum fidei, et conservet aliquo modo à dubitatione. Deinde promissio est consideranda, tanquam finalis signorum causa, proprie qua instituta sunt signa.

DE APPELLATIONIBVS SIGNO-

rum, seu sacramentorum.

Signa alij sacramenta uocant, alij notas, alij tesseras, alij sigilla, alij symbola, alij signa sacramentalia, Græci vero σημειῶσε.

DEFINITIO signorum seu sacrament.

Sacramenta sunt signa, admonentia nos de promissionibus dei, simulq; testamia de beneuola dei uoluntate, ad excitandam ac confirmandam fidem instituta.

Q V A M late patet signum seu sacr.

Signa seu sacramenta omnia ea dicuntur, quæ annexas habent promissiones, ut oratio, afflictio, elemosina, matrimonium, magistratus etc. Propriè noui Testamenti

CATECHISMVS

duo sunt signa, baptismus & eucharistia. Sub baptismo
comprehendi potest absoratio, quae spectat ad pœnitentias.
Est enim baptismus signum pœnitentie.

CAVSÆ signorum seu sacramentorum

Noui Testamenti signa instituit ipse Christus. Occa-
sionem dedit nostra infirmitas, ut supra et Augustinus dicit.
Honos autem peccatum uidebat deum, intelligebat, & illi in-
debat. Post peccatum homo deum capere non potest, ne-
si medio aliquo adiutus.

EFFECTVS signorum seu sacramentorum

Qui usum signorum intelligit, is facile colligere po-
test illorum effectus. Sunt autem hi:

Admonere de promissionibus Dei.
Testari de diuina erga nos uoluntate.

Exercere ac mouere cor ad credendum promissionibus di-

Erigere prius in tentatione ad fidem.

Esse confessionis signa, quibus confitemur nos esse Christi.

Esse signa gratiarum actionis.

Esse allegorias & symbola bonorum morum, inuitantes
ad seruiendum proximo, & ad mutandam uitam.

PROPOSITIONES DE VERO VS & contrarijs signorum seu sacramentorum.

PRIMA.

Signa sunt notæ ad excitandam fidem & comanu-
cicndum cor ad credendum instituta.

Secunda.

Sicut sensus mouentur à suis obiectis ad externū se-
stum, ita signa mouem cor ad credendum.

Tertia.

Signorum institutor est Deus: Ergo his aliquid adde-
re, vel admere est peccatum.

Quarta.

Vnus & principali signorum usus est, testari de be-
nevolia Dei uolumate erga nos, & excitare in nobis fidē.

Quinta.

Nec obstat spiritus sanctus, qui est praecipua fidei cau-
sa. Nam uerbum medium est, per quod mouet spiritus san-
ctus corda ad credendum, & causa unā cum spiritu san-
cto ipsius fidei. Et quia signum nihil aliud est, teste Au-
gustino, quam uisibile uerbum: igitur unā cum spiritu
sancto cor ad credendum excitat.

Sexta.

Errant, qui afferunt signa tantum esse notas professio-
nis seu discretionis, quibus Christiani à non Christianis
discernantur.

Septima.

Errant Anabaptistæ, qui fingunt signa tantum bone-
rum morum, seu nouæ uiae symbola esse.

Octaua

Errant scholastici, qui ex opere operato signa iustifi-
care scribunt. Nam ut uerbum nihil prodest sine fide, ita

CATECHISMVS

nec signa sine fide prosum ad iustitiam.

Nona.

Errant Scholastici, in sacramentorum septenariis mero, cum quia septem tantum faciunt, tum quia inter haec quædā recensent, quæ cum non habent additas præmissiones, abhorrent à sacramento appellatione.

Decima.

Errant Enthusiastæ, qui dicunt spiritum sanctum sufficere, & nihil opus esse sacramentis in Ecclesia.

Vndecima.

Errant, qui adorant ac uenerantur signa pro idolis aut superstitiose. Imprim non prohibetur reverentia modestia erga sacramenta, cum illis uteris.

Duodecima.

Errant, qui uerba signorum, quibus signa insinuantur, uel torquent, uel remotè interpretantur. Contra quos sic scribit Aurelius: Satius est premi incognitis, sed utilibus signis, quam inutiliter ea interpretando, queis erroris ceruicem inferere.

Decimotertia.

Errant Donatistæ, & reliqui heretici, qui negant sacramenta tractari posse etiam à malis. Huic errori respondet Augustinus ad Crescentium Grammaticum,

Decima quarta.

Errant, qui signa ligant ad nostras additiones, qui docem ea reiteranda esse, uel quia non credimus, quia

ERASMI SARCE.

70

qui nihil dignitatis à nobis attulimus. De hoc errore
uide Augustinum in libro de baptismo: & habetur de
Conse. dist. 4. Canone, sicut in sacramentis.

DE BAPTISMO.

Baptismus primum est signum, quod in Christianis
suo occurrit, quo tanquam certo quodam medio initia-
mur ad Rem publicam Christianam, in qua est remissio
peccatorum, quae et sola facit, quod hoc signum pro no-
bi Testamenti sacramento recipimus. Inde enim proban-
tur noui Testamenti signa, quando nobis id annunciant,
quod Euangeliū nobis offert, uidelicet Lætum de re-
missione peccatorum nūcium. Et hoc nomine ait Petrus
Actu. 2. Resipiscite, & baptizetur unusquisque sub no-
mine Christi, ad remissionem peccatorum. Hic est ille ba-
ptismus, quem scriptura luvacrum regenerationis appel-
lat, quo non externi corporis fordes abluuntur, sed quo
fit, ut puram conscientiam accipiamus coram deo. Hinc
Petrus 1. Ep. ca. 2. non dubitat baptismum pactum bone
conscientiae erga deum appellare, quo certi sumus deum
nobis placatum esse.

Hec considerāda hic sunt præter nudū signum. Qui
autem nudum signum tantum respicit, ille non potest no-
in hoc sacramento impingere, illud contemnere, tan-
dem & rejicere illud prorsus, tanquam inutile signum.
Sed quo nobis maiestas, ac excellentia huius signi magis
imponescat, que & debet omnibus notissima esse, ideo

K 4

CATECHISMVS

de hoc signo methodum instituam, quo habeamus rem
dia, qui bis nos cōsolemūr aduersus uilitatem baptismi.

DEFINITIO baptismi.

Est uero baptismus signum, ex aqua ad remissionem
peccatorum, ab ipso Christo institutum, admonens fa
mul nos de beneuola dei erga nos uoluntate, et firmans
mum perhibens testimonium, quod sumus filii dei, consi
ti ad nouam uitam.

C A V S A E.

Longimque et propinquae sunt: Verbum, aqua, mi
nister, baptizandus, fideiussores, Christus institutor et.
Humana fragilitas dedit occasionem. Forma baptizati
extat Mat. ultimo: Euntes docete omnes gentes, baptiza
tes eos in nomine patris, et filii, et spiritus sancti.

P A R T E S.

Vnus est baptismus, de quo hic loquimur, scilicet bi
ptismus aquae.

E F F E C T U S seu officia.

Effectus baptismi proprius, est remissio peccatorum.
Marci ultimo: Qui crediderit et baptizatus fuerit, sal
uus erit, hoc est, habebit remissionem peccatorum, iuxta
illud: Actor. 2. Resipiscite, et baptizetur unusquisque in
remissionem peccatorum sub nomine Christi. Praeter
hunc effectum, alios complures habet baptismus, quibus
prædicto effectu, et cognatis rebus profluunt, ut
Esse signum, quod sumus liberati a diabolo et. Effe

ERASMI SARCE.

71

Esse signum translationis nostræ è regno satanae, in regnum Christi.

Esse signum quod sumus reconciliati deo.

Testari de benevolia dei erga nos uoluntate.

Exercere ac mouere cor ad credendum, quoties recordamur baptismi, aut meditamur usum eius.

Testari nos esse Christianos ac coiuratos Christo milites.

Testari nos esse ad fluctus periculorum natos.

Testari nos mori debere per totam uitam à peccatis, et nouos homines resurgere debere ad iustitiam, et uitam æternam, ad Romam.

Quicunque baptizati sumus, in mortem Christi baptizati sumus et ceteris.

Et quemadmodum excitatus est Christus, sic et nos in uitate uitæ ambulemus.

AD MONITIO ad baptizatos.

Inter confitendum, dum et de signis admonentur conscientiae, ualde prodest effectus baptismi hominibus inculcare, quod et erigant animos ad fidem, et simul scientiam, in quem usum sim baptizati. Quia institutione doctiores etiam reddentur confitentes, ad uerum usum et charitatem intelligendum.

Optime fili, tu uenis ad me, ut ego te instituam, et consoler de uerbo dei. Scias itaque non esse commodior rem instituendi ac consolandi uiam, nisi ut ipse in memoriā reuoces te baptizatum esse, hoc est, remissionē pes

CATECHISMVS

catorum accepisse, iniisse cum deo fœdus, liberatum illi
esse à satana, morte, & peccato, reconciliatum deo. Ves-
rum in hunc finem, ne amplius seruires peccato, sed in
nouitate uitæ ambulares. Quæ omnia bona in baptismo
semel suscepia, durant per totam uitam. Siquidem Euau-
gelium resipiscentibus addicit ignoscentiam. Licet tu
nunc propter uaria peccata fidefragus atque perfidus sis,
et us sis, tamen non despondabis animum. At potius bap-
tismatis signo eriges cor ad credendum, quod is deus qui
tecum semel pactum imijt, uelit te resipiscere denuo in
gratiam recipere, tamen ea conditione, ut uitam in uer-
tus mutes. Est enim receptionis finis, ad bona opera
præstanda, iuxta illud ad Ephe. 2. Nam dei figuramentum
sumus, conditi ad bona opera in Christo Iesu. Quoties
ataque accedit ad te satan, ut tentet te ad mala, illirefle-
ctes fortiter, admonitus fine illarum rerum, quæ tibi in
baptismo cōtigerunt: Ni mirū, quod in hoc baptizatus
sis, quod nouam uitam instituas. Et quia non semper pre-
sentes habes, qui aperto Verbo te solentur, ipse igitur in
manus suscipies effectus baptismi, & solaberis te. Prima
quod baptizatus, semel omnium peccatorum remissionē
acceperis, quod à satana, & morte liberatus sis, quod de
regno tenebrarum exieris in regnum Christi, quod ac-
ceptus atq; reconciliatus factus sis, non quidē ad bre-
ue tempus, aut ad unum, aut ad alterum annum, sed per
petuò, tantum ut resipiscas, et ad nouam uitam resurgas.

PROPOSITIONES de uero baptismi
usu, & eius contrarijs.

Prima.

Ratio humana, cum externum baptismi opus considerat tantum, non potest se sustinere, quia offendatur utilitate baptismi, & illum tanquam inutilem, atque non necessarium iudicet.

Secunda.

Sed non mirū est, humanā rationem offendit uilitate baptismi, quia per se neq; uidet, neque intelligit opera dei.

Tertia.

Qui ducuntur rationis iudicio, & contemnunt baptismum, neq; necessarium iudicant, illi contemnunt atq; cōtumelia afficiunt Christum, cuius opus est baptismus.

Quarta.

Contemptores baptismi inde contemnendi occasionem accipiunt, quia dicunt Verbum & fidem ex Verbo conceptam, ad imperandam remissionem peccatorum sufficere.

Quinta.

Hi contemptores praeiudicant Christo, neque causam instituti baptismi expenſunt, neque media, quibus uult Christus mederi humanæ fragilitati. Ac postquam sic uisum est Christo, suo Verbo etiam signum addere, idq; propter maximas causas, temeritatis est, institutorem baptismi reprehendere.

Sexta

CATECHISMVS

Sexta.

Sic satis fuisset Abrahæ uerbum de futuro semine, & credidit Abraham, tamen præter Verbum & illud iam creditum, postea addidit deus circūcisioem. Quia obsecro de causa? Num in uanum aut nihilum? Id quod sanè nemo dicet. Sed ut haberet Abraham certum diuis næ uoluntatis erga se signum, quod esset acceptus deo. Deinde ut haberet certum fidei signaculum, quo fidem suam subinde renouaret atque erigeret.

Septima.

Christus inquit: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. item: Ite & docete omnes genues, baptiza eis in nomine patris, filij, & spiritus sancti: Ignatius præter Verbum, requiritur & baptismus.

Octaua.

Nec baptismus diuersus est à verbo, modo uerum sit Augustini dictum: Sacramentum est uisibile uerbum: Hoc incurrit in aures: Ille in oculos eodem effectu, ad excitandum cor ad credendum.

Nona.

Verbum, aqua, minister, baptizandus & fidei i[n]f[us]ores, constituunt baptismum. Quædam ut principales, quædam ut remotiores causæ.

Decima.

Aqua per se est simpliciter aqua, sed accedente verbo, fit baptismus, iuxta Augustinum: Accedat Verbum

ERASMI SARCE.

95

Mellementum, et fiet sacramentum. Item super Ioannem:
Verbo baptisma consecratur, detrahe Verbum, & quid
est aqua, nisi aqua.

Vndecima.

Ministri baptismi, & si per se sunt increduli, prophetae,
et tanto sacramento indigni, tamen baptismus pertinet
ad personas nubil detrahitur. Sed baptismus ualeat pro-
pter presentiam principalium causarum. Ideo August.
de unicō baptismō, lib. 5. Non est aqua prophana aut
adultera, supra quam nomen dei inuocatur, etiam si a
prophanis & adulteris inuocetur. Quia nec ipsa creaturæ
tractat, nec ipsum nomen adulterum. Idem super Ioannem
testatur. Baptismus talis est, qualis ille est, in cuius po-
testate est, non qualis ille est, per cuius ministerium da-
tur. Vide eundem contra Crescentium Grammaticum.

Duodecima.

Si baptismus per incredulos uel prophanos ministros
tractatus non ualeret, sequeretur incredulitatem homi-
num posse euertere, aut impedire opus Christi, id uero
dicere impium est, & honori Christi indecorum.

Decimatercia.

Baptizandus idoneus est, ad suscipiendum bapti-
smum in omni aetate. Quia regnum Christi non uenit
cum obseruatione: gitur neque baptismus, qui est pars
regni Christi.

Decimaquarta.

Neque,

CATECHISMVS

Neque decedit baptismo quicquam ex dignitate vel
indignitate fidei uorum, modo hi postea ad ueram pice
tatem instruam pueros, quorum nomine coram deo in
baptismo constituerunt. De quibus Augustinus sic dis
cit in sermone post Pascha, qui incipit: hodiernus dies.
Et habetur de Conse. Distinctio. 4. Vos ante. Vos ante
omnia tam mulieres, quam uiri, qui liberos in baptis
mate suscepistis, mo reo, ut cognoscatis uos fidei uos
res apud deum extitisse pro illis: ideoq; semper admou
nere eos, ut castitatem custodiant, iustitiam diligent,
charitatem teneant, ante omnia symbolum & oratio
nem Dominicam uos ipsi tenete, & illis, quos suscepistis
de sacro fonte, ostendite.

Decima quinta.

Verissima est baptizandi forma: baptizare in nomine
patris, filij, & spiritus sancti, Matth. ultimo. Zacha
rias ad Bonifacium Episcopum non perfectos Christians
nos adserit, qui in nomine patris, & filij, & spiritus sancti
non sunt baptizati.

O B I E C T I O. At legitur in Act. Apostolorum, di
scipulos tantum sub nomine Christi baptizasse.

R E S P O N S I O. Ambrosius respondet in bunc mo
dum: Per nomen Christi tota trinitas intelligitur. Nam
cum Christus dicas, intelligitur et pater, quo unctus est,
& ipse, qui unctus est, & per quem unctus est. Item Ni
colaus Papa, ad consulta Bulgarorum inquit: A quodam
Iudeo

ERASMI SARCE.

74

Iudeo multos baptizatos adseritis, et quid inde agendum
sit, consilitis. Hi profecto, si in nomine sanctæ trinitatis,
vel in nomine Christi, sicut in Actis legitur, baptizati
sunt, unum enim idemq; est, ut exponit Ambrosius.

Decima sexta.

De multiplicatione immersionis nihil certi potest
doceri, cum de illa non habemus expressum uerbum dei.
Gregorius Leadro Episcopo, de Conse. distm. 4. sic scri-
bit: De trina immersione baptismatis nihil uerius re-
spondere potest, quam quod ipsi sensistis, quia in una
fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diuersa.
Nos autem quod tertio mergimus, triduanæ sepulturæ
sacramenta significamus, & dum tertio infans ab aquis
ducitur, resurrectio triduani temporis exprimitur.

Decima septima.

In necessitate liberum est cuique baptizare. August.
ad Portunatum. In necessitate cum Episcopi aut Presby-
teri, aut alijs ministrorum non inueniuntur, & urget pe-
riculum eius qui petit, ne sine isto sacramento hanc ui-
tam finiat, etiam laicos solere dare sacramentum, audi-
mus. Articulus de necessitate conclusus est in Concilio
Carthaginensi quinto, testibus his uerbis: Mulier quāuis
sancta, nō præsumat baptizare, nisi cōgente necessitate.

Decima octava.

Nam quemadmodum uerbum ex æquo ad omnes per-
tinet, ita quoque baptismus.

Decima

CATECHISMVS

Decimanona.

At ut non omnes prædicant verbum publicē in Ecclesia, sic etiam non omnibus permisum est baptizare, quo omnia bono ordine fiāt, nisi necessitas diuersum suū vicesima.

Baptismus non ualet extra Ecclesiam ad salutem animæ. Est autem Ecclesia, ubi uerbum dei est. August. ad Petrum diaconum. i. Quæst. i. Firmissimè tene, et nullatenus dubita extra Ecclesiam baptizatos, si ad Ecclesiam non redierint, baptismo sibi cumulare pernitient. Tamen enim ualet Ecclesiasticæ societatis communio ad salutem, ut baptismo non saluetur, quum ibi non datur, uero oportet ut detur. Idem ad Orosium lib. 2. Quamuis unius baptismus sit hæreticorum, et eorum scilicet, qui in nomine patris, et filij, et spiritus sancti &c.

Vicesima prima.

Baptizati ab hæreticis, ubi conuersi fuerint ad Ecclesiam, non sunt rebaptizandi. Beda: Siue hæreticus, siue schismaticus, siue facinorosus, quisque in sanctæ trinitatis confessione baptizatus, non debet ille à bonis catholiceis rebaptizari.

Vicesima secunda.

Remissio peccatorum, æterna beatitudo, uitia iustitia, et similes effectus, baptismum sequuntur propriam fidem, et non propter aquam.

Vicesima tertia.

Ad aliud

ERASMI SARCE.

69

Adulti fidem habere possunt ex audit o uerbo, quo im-
petrante effectus baptismi. Infantes fidem ex audit o uer-
bo habere non possunt: ideo oportet, propter aliud acci-
piente effectus baptismi, uel propter fidem infus uam, quam
Deus infundit paruulis, uel quia Deus infantes facit sibi
aptos ad accipiendo s effectus, baptismo annexos, iuxta il-
lud: Tu perfecisti laudem tuā in infantibus, uel quia Chri-
tus recipit paruulos in ulnas, Marc. 10. Sed de his copio-
sissime infra, contra Anabaptistas.

Vicesima quarta.

Fides non est de substantia baptismi: igitur baptismus
valeat, siue ad sit fides, siue non ad sit, neq; debet reiterari.
Vide Augustinū in lib. de baptismo, & habetur de Con-
sec. distm. 4. Sicut in sacramentis. Et infra recitata leges
Augustini uerba.

Vicesima quinta.

Tollitur in baptismo peccati originalis reatus, sed ita,
ut materiale, hoc est, concupiscencia maneat, ad hāc mor-
tificandam donatur nobis spiritus sanctus in baptismo,
qui incipit mortificare concupiscenciam, & creat in no-
bis nouos motus.

Vicesima sexta.

Baptismus est signum mortificationis & submersio-
nis veteris Adami, ad Rom. 6. Igitur noua uita post bap-
tisma, & in baptismo ausplicanda est.

Vicesima septima.

Ex

CATECHISMUS

Noua illa vita non tantum consistit in carnis regen-
tione, sed in renovatione spiritus, ut simul & animo
corpo puri simus.

Vicesima octava.

Et quia baptizati non statim morimur, debemus ide-
co baptismatis signo solari nos aduersus omnes tene-
runt, satanæ, peccati, mortis, mundi &c. Tum tandem
rurunt se effectus baptismi, qui sunt: exercere ac nau-
gor ad firmiter credendum Deo, testari nos esse ad filii
Eius periculorum natos.

Vicesima nona.

Ut in omnibus operibus Dei studet humana ratio
ceremonijs & externis cultibus illustriora reddere, in
& in baptismate fecit.

Trigesima.

Ceremoniæ circa baptismum, humanae adiumentio-
nem, quæ addidit humana ratio, postquam uilitate bap-
tismi fuit offensa.

Trigesima prima.

Verū ceremoniæ sine uerbo Dei institutæ, omitti pos-
sunt sine scrupulo conscientiæ, aut seruari, si non sunt in
piæ.

Trigesima secunda.

Opera Dei semper & ubiq; feriò accipienda &
etanda sunt: Quare leuitatem damnamus, qua utram
personæ, quæ ad baptismum uocantur.

Trigesima tertia.

I*l*u*bi***

ERASMI SARCE.

78

Leuitatem facile deseret, qui perpendet, quam seruum
Dei opus sit baptismus, quem Deus miraculose confirmat
uit, ita ut se aperirent cœli, et spiritus sanctus se e cœlo
demitteret, Matth. 3.

Tricesima quarta.

Quidam delectati commodis baptismi saepius rebaptizari volunt, ut sic saepius acquirant remissionem peccatorum & æternam beatitudinem.

Tricesima quinta.

Sed quia diuersum suadet Ecclesia, item circumstan-
tia scripturæ, exempla et Christianorum scripta: Ideo ba-
ptismum reiterare non licet. Quamvis interim usus ba-
ptismi duret per totam uitam,

Tricesima sexta.

Quod autem saepius utimur sacramento altaris, hoc
facimus ex libertate huic signo annexa: Quotiescunque
biberitis &c.

Tricesima septima.

Infantes, qui propter necessitatem domi baptizantur,
non sunt rebaptizandi. Ratio est, quia baptismus ex aequo
ad omnes Christianos pertinet. Verum q[uod] non omnes bapti-
zamus, boni ordinis gratia fit, qui in necessitate frangi
potest.

Tricesima octava.

Netamen aliquid desiderari possit in infantibus do-
mi baptizatis, ubi superstites manerint, ad templum defe-
ratur, ut ibi super eos oretur, atque precibus commendetur
Deo.

CATECHISMVS

Tricesima nona.

Pueri nondum in mundum nati, baptizari non debet.
Nemo enim spirituali regeneratione renasci potest per
baptismum, qui nondum est natus. Augustinus ad Dm^m
danum: Non potest quisquam renasci, qui nondum natus
est. Item Isidorus, & habetur de conse. distinct. 4. Qui in
maternis &c. Qui in maternis sunt uteris, ideo cum na-
tre baptizari non possunt, quia qui natus adhuc non es-
tis. Secundum Adam, secundum Christum regenerari, quem ge-
neratio non praecessit.

Quadragesima.

Errant, qui diffiniunt baptismum tantum esse proff-
sionis signum.

Quadragesima prima.

Errant, qui baptismum dicunt tantum esse bonorum
marum symbolum.

Quadragesima secunda.

Errant, qui baptismum negant cum Seleucianis.

Quadragesima tertia.

Errant, qui cum Enthusiastis spiritum sanctum suff-
cere afferunt, neq; opus esse baptismum in Ecclesia.

Quadragesima quarta.

Errant, qui afferunt toties de novo baptizandos esse
homines, quoties relabuntur in peccatum.

Quadragesima quinta.

ETIAC

ERASMI SARCE.

77

Errant, qui lapsis post baptismum negant remissionē
peccatorum, quem errorem acerrimē impugnat Augus-
tinus lib. 3. de uera & falsa poenitentia.

Quadragesima sexta.

Errant, qui assertunt baptismum tollere in nobis natu-
alem concupiscentiam.

Quadragesima septima.

Errant, qui sentiunt in baptismo tantum reatum tota-
li, non poenam.

Quadragesima octava.

Errant, qui dicunt baptismum corruptis ac tinubantib-
us herbis factum, esse reiterandum.

Quadragesima nona.

Errant, qui Papisticas ceremonias baptismo additas,
sub peccato conscientiae requirunt.

Quinquagesima.

Errant, qui negant infantes baptizandos esse. De quo
errore uide sequentia, ubi soluuntur Anabaptistarū ar-
gumenta, & simul probatur baptismus paruolorum.

ARGUMENTA ANA- BAPTISTARVM CONTRA baptisma paruolorum.

PRIMVM.

Non est expressum mandatum in scripturis de baptis-
mo paruolorum: Ergo paruuli non sunt baptizandi.

CATECHISMVS

Secundum.

Fides debet præcedere baptismum, Marci ultima,
Qui crediderit &c. Pueri autem non possunt credere,
quia non audiunt: Est enim fides ex auditu: Ergo &c.

Tertium.

Baptismus, est signum mortificationis & regenerationis.
Pueri uero non possunt regenerari & mortificari: Ergo & cæt.

Quartum.

Pueri non possunt pactum inire cum deo in baptismo,
& baptismus requirit pactum: Ergo &c.

Quintum.

Interrogatio articulorum fidei, præcedere debet baptismum. Pueri interrogati de articulis, non possunt respondere: Ergo &c. Addunt hoc argumentum ex dicto, distinct. 4. de consecrat. paragr. 1.

Sextum.

Baptizandi per quadraginta dies catechizabantur ante baptismum de trinitate. Parvuli autem catechizari non possunt: Ergo &c. Extat hoc argumentum apud Hieronymum, in ieritio dialogo contra Pelagianos.

Septimum.

Cyprianus sentit baptismum ab hereticis suscepimus nihil valere. Papistæ, à quibus baptizati sunt hactenus parvuli, fierunt heretici: Ergo &c.

Octauum.

Acta apostolorum ubique testantur, adultos fuisse baptizatos & nullos infantes, idem testatur tota scriptura: Ergo & cetera.

RESPONSIO AD SINGVLA.

argumenta.

AD primum.

Quod non habemus mandatum expressum in scripturis de baptismō parvulorum, quantum ad uerba attinet, verum est: At Christus inquit, Matth. ultimo: Baptizate omnes gentes &c. hoc est, omnis etatis homines. Estiq; hoc mandatum uniuersale, propter signum uniuersitatis omnes &c. Porro si baptizandi tantum essent parvuli, ubi ad duodecimum annum peruenirent, sicut scribunt Anabaptistæ, sequeretur, uerbum dei uenire cum obseruatione. Siquidem cuius pars, utputa baptismus, ligaretur ad circumstantiam seu obseruationem certi temporis. Hoc autem dicere impium est, posteaquam Christus ait: Regnum meum non uenit cum obseruatione &c.

AD secundum.

Fides non est de substantia baptismi, sed sunt tantum de eius substantia: Verbum, mandatum, & aqua. Vnde let itaq; baptismus, siue ad sit fides, siue no, modo praedicta res de substantia non absint. Teste etiam Augustinio in lib. de baptismō, & habetur de consecr. distinct. 4. paragraph. Non interest &c. ubi sic ait: Non interest eiō desacramenti integritate tractatur & sanctitate, quid

CATECHISMVS

predat, aut quasi imbutus sit fide, qui accipit sacramentum. Interest quidem plurimum, sed ad salutis uiam, id quod nos clarius dicimus, ut impetrantur effectus baptisimi etc. Sed nihil interest ad sacramenti questione. Ex his aperie uides, ualere baptismum, et si non adest fides, quare fides non est sufficiens causa, propter quam baptismus reiterari debet.

OBJECTION. At inquieres, effectus baptismi, hoc est, remissio peccatorum, non impetratur, nisi fide etc.

RESPONSE. Hoc uerum est. Adulti fidem ex auditu habere possunt, qua impetrant remissionem peccatorum. Paruuli uero fidem ex auditu habere non possunt. Vnde igitur queso, accipiunt hi remissionem peccatorum? Respondeo: Certum est, sine fide non coninguit peccatorum remissionem. Quapropter dicendum est, Deum parare sibi paruulos, illis dare fidem, illos recipere in gratiam, non propter hoc uel illud, uel quia nubil possunt, sed sicut scriptum est: Tu perfecisti laudem in infantibus etc. Si ille perficit, quid requiris de paruulis? Et ideo sunt paruuli in regno coelorum, hoc est, in gratia quia Christus in ulnas recepit, Marc. 10. Non quia ipsi alii quid adferunt. Huc Ambrosius respexit uidetur, cum inquit: Gratia dei in baptismo non requirit gemitum aut planctum, uel aliquod opus, sed omnia gratis donat.

Item, fides donum spiritus sancti est, quod non minus paruulis, quam adultis dare potest. Item, Marc. ultima capitulo

ERASMI SARGE.

capite, non loquitur de ordine aut tempore baptismi, quid
precedat aut sequatur baptismum, sed loquitur de fide
apprehensione effectum baptismi, hoc est, remissionem
peccatorum, sicut inquit: saluus erit, non ait: oportet
hoc vel illud adferas, ut certus sit baptismus &c.

AD Tertium.

Maior huius argumenti nascitur ex sufficienti signo
rum definitione. Si enim sacramenta essent tantum si-
gna nostrorum morum aut operum, maior esset uera.
At principaliter sacramentum baptismi, est signum uo-
luntatis diuinæ & promissionis erga nos. Præterea ma-
ior neganda est, quia Anabaptistæ male intelligunt mor-
tificationis & uiuificationis uocabula: Nimurum uo-
cantes id mortificari et regenerari, abnegare se, propria
& prolixa confessione, eaq; publica, coniugem ac libe-
ros deserere, item bona sua, diuagari per orbem. Que
quidem ex mortificatione & regeneratione adserere,
quid hoc aliud est, quam ex diuinis rebus, atque adeò ex
donis spiritus sancti, propria opera, in nostris uiribus
posita, cōstituere? Verum scriptura aliter de his rebus do-
cet. Faciens ex mortificatione & regeneratione, non no-
strum opus, sed spiritus sancti, cuius dona ad nullas cir-
constantias neque temporis, neque locorum, neque per-
sonarum adligantur, qui non minus potenter potest in
parvulis exercere suam potentiam, mortificando atque
regenerando, ac in adultis.

CATECHISMVS

AD quartum.

Et hoc argumentum est falsum. Nam pactum quod initur in baptismo, nos non inimicis cum deo, sed deus nos hiscum init, dum recipit nos in gratiam & foedus. Et nescitur hic error ex male intellecta uoce pacti, ac illius auctoris ignorantia.

AD Quintum.

Maior de adultis intelligi debet, & est solutum argumentum. Quanquam & cō referri possit interrogatio articulorum fidei, quod hi legi debent inter baptizandum, an equam immergantur pueri.

AD Sextum.

Solutio huius argumenti patet, si maiorem ad adultos pertraxeris.

AD Septimum.

Non refert quales sint personae, qui baptizant, modo forma baptismi non desit, uidelicet, ut baptizetur puer in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Quid de dignitate ministerorum sentiendum sit, satis explicat August. de uno baptismo, libro 6. super Ioannem tractans quinto, & habetur distinctio. 4. de Confec.

AD Octauum.

Mos scripturæ perpetuus est, ut adultorum mentionem faciat, neglectis parvulis, ut est uidere ubiq; cum sit turbarum computatio. Quanquam & familias baptizatas legimus, que ex etymologia vocabuli, ne possunt quidam

ERASMI SARCE.

80

quidem sine liberis aut pueris esse integræ.

ARGVMENTA PRO BAPTISMO paruulorum.

Primum.

Vniuersale mandatum habemus de baptizandis omnibus gentibus, hoc est, omnis etatis hominibus. Ratio est, quia mandatum Christi, ut pars regni cœlorum non diligitur ad circumstancias, alioqui ueniret regnum dei cum obseruatione.

Minor.

Paruuli nostri sunt gentes; hæc per se patet.

Conclusio.

Ergo paruuli nostri sunt baptizandi.

Secundum.

Baptismus tantum non ualeat extra Ecclesiam, teste Augusti. ad Petrum diaconum, 1. question. Item ad Orosium lib. 2. Ecclesia.

Ergo nostrorum paruulorum baptismus ualeat, quia fit in Ecclesia.

Tertium.

Gratia dei omnibus hominibus promittitur, est enim Promissio uniuersalis.

Baptismus est signum gratiae:

Ergo baptismus omnibus hominibus promittitur.

Minor liquet ex definitione baptismi, qui est signum gratiae, seu certum fœdus remissionis peccatorum.

Quartum.

Baptis

CATECHISMVS

Baptismus omnibus hominibus permittitur,
Paruuli sunt homines:
Ergo et ad paruulos pertinet baptismus.

Quintum.

Gratia dei ad nullas circūstantias ligari debet.
Baptismus est signum gratiæ.
Ergo nec baptismus ad ullas circūstantias ligari debet.
Maior patet ex loco Matth. Regnum dei seu gratia dei
non uenit cum obseruatione.
Minor aperta est ex definitione baptismi.
Male igitur faciunt Anabaptistæ, qui uolunt baptismum
protrahi usque ad 12. annum.

Sextum.

Deus nemini negat suam gratiam.
Baptismus est signum gratiæ:
Ergo baptismus nemini negari debet.
Argumentum ualeat à toto ad partem.

Septimum.

Infantes Iudæorum portabantur ad circumcisionem
nescientes uerbi dei, neque ualentes audire de fœderis
gratiæ: Ergo et nostri infantes ad baptismū deferri des
bent, et si non audiant aut intelligant verbum. Argu
mentum ualeat propter similitudinem baptismi, et circum
cisionis. Nam utrumque signum, est signum gratiæ.

O B I E C T I O . At Iudei mandatum habebant de
paruulis circumcidendis.

R. 50

ERASMI SARCE.

82

RESPONSI O. Et nos uniuersale mandatum habemus de baptizandis omnibus gentibus, hoc est, omnis etatis hominibus.

OBIECTIO. Quia autoritate exponis omnes gentes, pro omnibus etatis hominibus?

RESPONSI O. Hoc facio autoritate scripturae, quae docet regnum dei non uenire cum obseruatione. Si uero paruuli excluduntur à baptismo, uenit cum obseruatione.

Ligatur enim ad tempus. Aut igitur concedetis, o uos fidales Anabaptistæ, infantes baptizandos esse, aut dicitis, regnum dei uenire cum obseruatione.

Octauum.

Christus increpat Apostolos, Marci 10. Quia uolebant pueros à Christo, seu à regno dei arcere. Ergo & nos merito increpamus Anabaptistas, qui infantes à parte huius regni, scilicet à baptismo repellunt.

Nonum.

Infantia seu inscitia non obfuerunt paruulis sub circumcisione: Ergo nec infantia ac inscitia nostris obesse potest sub baptismate. Imò Christus indignabatur Apostolis, uolentibus arcere pueros à Christo propter inscitiam.

Decimum.

Ridiculum est, uniuersalem dicere gratiam, & baptismum particularem facere.

O B.

CATECHISMVS

OBJECTION. vel ideo non sunt baptizandi infantes, quia non possunt impearc effectus baptismi, uel quia insciij sunt, uel quia non credunt, uel quia non sunt in gratia dei.

RESPONSORIA argumenta.

Circuncisio fuit signum gratiae.

Infantes sunt circumciditi:

Ergo ad infantes ex gratia pertinuit.

ALIVD.

Baptismus est signum gratiae.

Paruuli baptizantur:

Ergo paruuli sunt in gratia.

ALIVD.

Infantes sunt in regno cœlorum, Matih.¹⁹.

Ergo sunt in gratia dei. Quia gratia pars est regni cœlorum.

ALIVD.

Hic remias infantes ab Herode occidendos martyris uocat, cap. 31.

Ergo infantes sunt in gratia dei. Quia infantes proprio Christum fuerunt occisi.

ALIVD.

Christus benedixit paruulis, sicut testatur Marcus. Benedicere est fauere & bene uelle.

Ergo Christus fauet & bene uult paruulis.

ALIVD.

Deus laudatur ex ore infarum. Psalm. 8. Ego

Ergo infantes sunt in gratia dei.

APPENDIX.

Loquimur autem hic de paruulis, qui non sunt ex=tra Ecclesiam, neque fugit nos illatio Anabaptistarum ex precedentibus argumentis: Ergo et Turcarum paru=li sunt in gratia dei, quia sunt infantes.

ARGUMENTA, quae probant infantes posse impetrare effectus baptismi.

Primum.

Circuncisi infantes accipiebant effectus baptismi propter promissionem, initum a deo foedus, et propter pra=sentiam Verbi:

Ergo nostri paruuli baptizati remissionem peccato=rum in baptismō accipiunt, non propter opera propria, sed propter predictas causas.

Secundum.

Paruuli sunt in regno cœlorum, quia Christus suscep=t eos, quia Christus in ulnas amplectitur, Matthæi decimo octavo. Marc. decimo.

Ergo et nostri infantes accipiunt effectus baptismi, hoc est, remissionem peccatorum, uitam et iustitiam, non quia ipsi aliquid adserunt, sed quia a Christo susci=piuntur, sed quia Christus in ulnas amplectitur.

Tertium.

Deus perficit laudē in infantibus, sicut canit David: Ergo ut infantes impetrant effectus baptismi et ut re=cipiāntur

CATECHISMVS

Spiantur in gratiam, non sit propter hoc uel illud, sed
ex mera dei misericordia.

OBIECTIO. At remissio peccatorum, effectus
baptismi, non nisi fide accipitur?

RESPONSIO. Quanquam satis esset ostendere
paruulos posse impetrare effectus baptismi, propter pro-
missionem, praesentiam uerbi, & alias causas, quia deu-
perficit in infantibus suam laudem, quia ipse recipit in
gratiam, tamen ut per omnia satisfacremus communica-
bus, libuit hæc adiucere argumenta.

Primum.

Nemo potest esse in regno cœlorum, nisi credat.
Infantes sunt in regno cœlorum:

Ergo infantes credunt.

Maior patet ex 11. ad Hebræos, sine fide impossibili-
le est Deo placere. Est autem placere Deo, esse in re-
gno cœlorum.

Minor aperta est ex 18. & 10. cap. Matih. & Marc.

Aliud.

Effectus baptismi impetrantur fide.
Infantes accipiunt effectus baptismi:

Ergo infantes credunt.

Maior per se certa est, quia remissio peccatorum effe-
ctus baptismi, non nisi fide accipitur, que ex enditio-
nibus promittentis Christi: Ite & baptizate omnes gen-
tes, qui crediderit, & baptizatus fuerit, hoc est, qui bu-

ut ipsum fide acceperit, aut qui uerbis baptismi annexio
crediderit, saluus erit, id est, habebit remissionem pecca-
torum, infantes accipere remissionem peccatorum, ut mi-
nor habet, seu effectum baptismi, ex superioribus liquet.

ALIVD.

Infantes non possunt habere fidem ex uerbo auditio.
Ergo oportet illos habere aliam fidem, quam eam, que
est ex praedicato uerbo, ultra capacitate humanae ratio-
nis. Amecedens non eget probatione.
Consequens ne hoc quidem in dubium vocari potest.

OBJECTIO. Qualem igitur fidem habent?

RESPONSIO. Eam fidem, qua præparat sibi de-
us paruulos iuxta beneplacitum suum. Est etiā fides do-
num spiritus sancti, quod nō minus infantibus largiri po-
test, quam adultis. Et eo libenter paruulis, quia Deus,
sicut aperti superiores loci testantur, delectatur infanti-
bus, non propter inscitiam, aut quia nihil faciunt, aut quia
multa præstabunt aliquando, sed propter suam miseri-
cordiam, qua suscipit ignorantes pueros, exemplo cir-
cumcisorum.

ARGUMENTA CONTRA
rebaptizationem.

PRIMI.

Paruuli eosdem baptismi effectus accipere possunt, &
adulti: igitur non sunt rebaptizandi.
Amecedens manifestum est ex superioribus.

CATECHISMVS

Consequens nemo infringet, nisi stultus plane sit, utp[er]ta qui uelit producere in pueritiam, aut adolescentiam, ad quod posset in infancia accipi.

Secundum.

Baptismus efficax est propter uerbum, mandatum aquæ præsentiam, tanquam principales causas:

Igitur non debet reiterari.

Argumentum ualeat à sufficiente causa.

Tertium.

Hactenus baptizarunt omnes in nomine patris, C
Uij, & spiritus sancti:

Ergo sic baptizati non debent rebaptizari.

Argumentum ualeat à forma baptismi præscriptiā Chri
sto.

Quartum.

Si propter incredulitatem essent rebaptizandi par
vuli, sequeretur nostram incredulitatem posse fallere &
inane reddere mandatum & uerbum Christi. At neq[ue]t
incredulitas non tollit mandatum & uerbum Christi:
Ergo baptismus non est iterandus.

Prima pars uera est, ex tertio cap. ad Rom.

Num incredulitas illorum, fidem Dei faciet irritantia ab
sit.

Quintum.

Sicut uerbum Dei manet certum apud incredulos,
ita & baptismus, pars uerbi, certus manet apud inc
dulos.

OBJECTIO. At propter fidem ex auditu, debo
ratur.

reiterari baptismus? RESPON SIO. Non. Si quid
dem fides non est necessaria causa, quantum ad certiu-
dinem baptismi, ibi sufficium hæ principales causæ:
verbum, mandatum, & aqua, uel Augustino testante in
libro de baptismō, & habeatur de consecratione, distincti
one quartæ, Parag. Non interest &c. Non interest cum
de sacramenti integratæ tractatur, aut sanctitate, quid
credat, aut quali fide imbutus sit, qui accipit sacramen-
tum. Interest quidem plurimum, sed ad salutis uitam, sed
nihil interest ad sacramenti questionem.

ET IBIDE M.

Manifestum est, fieri posse, ut fides non integra, intes-
trandum maneat sacramentum baptismi. Verum ad impe-
ntrandum effectus baptismi, requiritur in adulis fides ex-
auditus, id quod uocat Augustinus: ad salutis uitam neces-
saria est fides. Cum infanib[us] diuersa est ratio, qui un-
peirare possunt remissionem peccatorum annexam bapti-
smo, uel quia deus recipit eos in gratiam, uel quia infan-
tit fidei, uel quia ipse parat sibi infantes iuxta placu[m]
su[m], ut supra: Tu perfecisti &c.

RATIONES PATRVM, CVR

sint baptizandi paruuli.

Origenes in 6. cap. ad Roman. inquit: Itaq; & Eccle-
sia ab apostolis traditionem accepit, euam paruulis das-
te baptismum,

CATECHISMVS

Sciebant enim illi, quibus secreta diuinorum mystri
orum commissa sunt, quod essent in omnibus genuine
fordes peccati, quae per aquam & spiritum abolerides
berent. Origenes uixit post natum Christum 235. Cypri
anus scribit in Concilio quodam damnatam fuisse opinio
nem cuiusdam, qui infantes ante octauum diem uolebat
baptizare. Censuit enim synodus paruulos baptizandos
esse, & non obseruare oportere præscriptum tempus
etauæ diei.

Augustinus de baptismo contra Donatistas, lib. 4. ai
de baptismo paruolorum: Quid uniuersa tenet Ecclesia
nec concilijs institutum est, sed semper retentum est, non
nisi apostolica autoritate traditum rectissime creditur.

Hieronymus contra Pelagianos, obiter incidens in ba
ptismum paruolorum, satis arduas causas adducit, quia
paruuli non debent arceri à baptismo.

Augustinus in lib. de baptismo, & habetur distin.
de consecrat. parag. Quum pro &c. Monet diligenter,
ut patrocinium pro paruulis suscipiamus, & eo libenti
us, quoniam pro se respondere non possunt. Augustinus
de baptismo paruolorum, & habetur de consecra. distin.
quarta. Filius &c.

Etiam paruuli baptizati inter credentes reputantur
propter uirtutem, & offerentium responsionem.

I B I D E M.

Paruuli fideles recte uocantur, qui fidem per uerb
gstant

ERASMI SARCE.

35

gabantium quodāmodo confitentur, & per eorundem
uerba diabolo & mundo renunciant.

Augustinus de libero arbitrio lib. 3. Quia in re pīsa
tis creditur prodeesse paruulo fidem eorum, à quibus cō-
secrandus offertur, & cum commendat autoritas Eccle-
sie &c.

Augustinus de poenitentia, & habetur de consecra-
tione distinct. 4. Parag. Omnis qui &c. Liberat paruus
los ab illa regeneratione, ad quam adligant eos anaba-
ptistæ.

AN IN NECESSITATE Q. VI-

uis baptizare possit.

De hac quæstione uide Augustinum ad Fortunatum,
&c. Ethabetur de consecr. distinct. 4. In necessitate.
Item Concilium Carthaginense permisit omnibus ex
utroq; sexu hominibus baptizare in necessitate.

AN EXTRA ECCLESIAM

ualeat baptismus.

Vide Augustinum ad Petrum diaconum, l. 4. Et
ad Orosium lib. 2.

AN NON DVM NATI BAPT

Zandi sint, aut qui parte aliqua adhuc
hæreant in utero matris.

Augustinus ad Dardanum de Iohanne Baptista: Non
potest quisquam renasci, qui nōdum natus est. Item huc
spectat locus Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua &
spiritu &c.

CATECHISMVS
DE COENA DOMINI.

Quam no[n] his coenam domini appellamus, alijs aliter
uncant, quidam συναξήιψ, hoc est, communem cœnam,
quidam εὐχαριστίαψ, qua grāias agimus deo pro benefici
eis, quidam uiaticū, quod decadentibus uiatici loco sit.
Sed nihil interest, qua appellatione dicatur, modo no[n]
usum intelligamus, qui potissimum cōsistit in effectu hu
ius sacramenti, hoc est, in remissione peccatorum, ē quo
effectu cognoscitur hoc signum esse Testamen[t]i nouis
crānentum. Et potest h[ec] coena propter institutionis
uerba, merito communis quædā summa dici totius Euang
elij. Quicquid enim Euangeliū continent, latè fuscop
dispersum, hoc signum paucis in se comprehendit. Nam
h[ec] summa est Euangeliū, Christum suum corpus prono
bis dedisse, et suum sanguinem pro nobis effusisse. Et
cum alioqui indocilis plebecula non facile queat cōinsti
tui, ut paucis sue salutis summam addiscat. Quapro
pter methodus ex hoc sacramento colligi debet, que se
pe est repetenda, donec uel ex huius signi uerbis reda
dant imperitiores sue redēptionis certas causas.

DEFINITIO cœnæ dominice.

COENA dominica est, in qua porrigitur nobis ut
rum corpus, et ueru sanguis domini nostri i[esu] Christi,
st[et], sub p[an]e et uino manducandū, et bibendum, ab ipso
Christo instituta, ut per fidem in h[ec] uerba promittentis

Chri

ERASMI SARCE.

86

Christi: quod pro uobis datur, & effunditur in remissio
rem peccatorum, habeamus cōdonationem omnium deli-
ctorum, uitam & iustitiam, quæ bona in hoc contin-
gunt, ut sicut deus gratis remittit mihi mea peccata in
filio suo unigenito, quem pro me tradidit: Ita uicissim
ego gratis benefaciam proximo meo. Hæc definitio ab
omni parte absolutissima est.

C A V S A E materiales.

Materiales sunt cause, corpus, sanguis, panis et uimū.

C A V S A E formales.

Manducare & bibere.

C A V S A E efficientes.

Christus institutor, cui adiicitur & Verbum, iuxta
illud: Accedat verbum ad elementum &c.

C A V S A E effectuales.

Habere remissionem peccatorum, uita et iustitia sunt
res cognatae.

A L I I S V N T huius sacramenti effectus.

Admonere nos de promissionibus dei.

Testari de beneuola dei uoluntate erga nos.

Testari Christum in nobis habitare.

Esse signum placati dei.

Excitare.

Confirmare fidem.

Elicere.

Adhortari ad mutuam charitatem.

CATECHISMVS

Adhortari ad bene operandum, ne rursus polluamus nostra corpora iam coniuncta corpori Christi.
Ostendere nos esse Christianos, cum accedimus ad hanc Cœnam. Hortari ad gratiarum actiones.

ADHORTATIO ad communicatores.

Optime fili, quia cupis sacramentum altaris sumere: Scias igitur, hoc sacramentum pro infirmis conscientiis & peccatoribus esse institutum, ut haberent infirmi peccatores, quo consolarentur se contra peccata, mortem & satanam. Quare cum tu confiteris te esse peccatum, atq; adeò talem, qui sentis te cōsolatione opus habere: Iam igitur ex parte talis es, qualem te requirit hoc sacramentum. Ne tamen credas hoc satis esse, confiteri te peccatorem: oportet eīam te credere promissione huic sacramento annexę, in qua promittit Christus gratuitam remissionem peccatorum tuorum, uitam & iustitiam. Quae firmiter credere, est dignè accedere ad hoc sacramentum: Nam remissio peccatorum, uita & iustitia non sequuntur te, qui credis aut bibis corpus & sanguinem Iesu Christi, sed quia credis in hæc uerba: Quod datur & effunditur pro uobis in remissionem peccatorū, que est ipsissimus & proprius fructus, quem accipimus hoc sacramento. Præter hunc potissimum fructum, qui est remissio peccatorum, admonet te hoc sacramētum mutue charitatis, ut sic diligas proximū tuum, idq; gratis, sicut Christus dilexit te, tua causa mortem ferens. Præter

ea, quia hoc signo iungeris corpori Christi sancto atque
impolluto, admonet te hoc sacramētum, ut incipias bene
operari, neq; post hac corpus tuum polluas peccatis, &
sic defodēs corpus Christi. Ostendis porrō, communis
ratione huius sacramenti te Christianū, qui diligis Ver
bum ex animo. Qui enim sacramenta negligit, is neque
Verbum multum curat. Siquidem sacramenta sunt pars
Verbi. Postremò, quia in hoc sacramento accipis re
missionem peccatorum, uitam & iustitiam, maxima qui
dem bona: Ideo monet te hoc sacramentum, ut uicissim
gratus erga tantā bona. Vnde à ueteribus theologis
hec cena dicta est à *excepīsā*.

PROPOSITIONES DE SACRAMEN
TO altaris, quæ explicant uerum usum huius sacra
menti, & simul ostendunt contraria.

1 Adserimus in hoc sacramento, sub pane et uino por
tignobis uerum corpus, & uerum sanguinem domini
nostrī Iesu Christi.

2 Qui respicit externum huius sacramenti signum,
neglecto Verbo, & mandato instituentis Christi, is faci
le offenditur uilitate huius signi, neque credere potest,
uerum corpus & uerum sanguinem domini nostri Iesu
Christi, sub pane & uino nobis porrigi.

3 Ut est humanæ naturæ impossibile, credere cœlū et
terram creata esse per Verbum. Ita quoq; impossibile est
humanæ naturæ, credere sub pane et uino porrigi nobis

CATECHISMVS

- uerū corpus, et uerum sanguinē dñi nostri Iesu Christi,
- 4 Qui dicit se humana ratione capere non posse, sub
pane & uino porrigi nobis uerum corpus et sanguinem
domini nostri Iesu Christi, is uerè dicit. Siquidem huma-
naratio tantum ea capit atque intelligit, quæ oculis uide-
deri, et manibus palpari possunt.
- 5 Nullus scripturæ locus proferri potest, qui clare te-
stetur, corpus & sanguinem Christi, non porrigi nobis in
sacramento altaris, uel qui cogat uerba cœnæ interpre-
tari allegoricè.
- 6 Allegoriam in cœna domini peperit absurditas
quæ impingit tantum in iudicium rationis.
- 7 Quod si hæc satis firma causa esset, non porrige-
bis in sacramento uerum corpus & sanguinem domi-
ni nostri Iesu Christi, quia uerba cœnæ debent allegori-
cè interpretari, sequentur inde multa absurdâ. Si
nullus articulorum fidei maneret certus, quos huma-
ratio quoque intelligere non potest immo quis uellet ora-
re aut petere aliquid à deo, quem etiam ratione neque uide-
det, neque intelligit?
- 8 Christus institutor huius sacramenti est: Igitur huius
nihil addi debet, neque adimi.
- 9 Quemadmodum iure ciuili cautum est, ne multum
post mortem testatoris legitimum testamentum: Ita nos
Christi testamentum mutare licet, quod suo sanguine
obsignauit, et sua morte confirmauit.

Adm̄

10 Ademptionis causam præbuit ipsa ratio, quæ creare non potest corpus sine sanguine existere posse. Nā
ibi corpus sanguine caret, (sic argumentatur ratio) ibi
non potest diu subsistere.

11 Rationis hoc argumentum est, & suo loco dictum
verissimum. At deus, ut alias saepe in magnis rebus co-
ram mundo stultiissime egit, sic quoque in hoc sacra-
mento, ut perderet sapientiam sapientum, & intelligentiam
intelligentium. 1. Corinth. 1.

12 Institutum Christi, docet utraque speciem in sacra-
mento altaris: Ergo una species improbatur.

13 Non ualeat Papistarum obiectio à longitudine tem-
poris sumpta, uel ideo probatam esse unam speciem, quia
& multis annis durauit in Ecclesia. Ecclesiæ autem esse
obtemperandum. Huic obiectioni satisfaciit hæc respon-
sio: Ecclesia Christiana fundata est super Verbum, Et
hoc docet utraque speciem: Ergo una species non est
probanda. Ratio est, quia contrariatur Verbo.

14 Vi non ualeat argumentum à circumstantia tempo-
ris, ita nec argumentum à consuetudine. Nam si consue-
tudinis longinquitas est consideranda, uincit utraque
species, quæ tempore Apostolorum in usu fuit, immo à
Christo sic instituta: Ergo utraque species etiam consue-
tudinis iure, una species potior est.

15 Neq; moranur pericula, quæ pretendunt Papistæ,
ut si quid è calice funderetur & similia. Quorū ijdē non
timent.

CATECHISMVS

- timent. Quod si cœlum, ut ille ait, rueret? Testamentum non mutatur propter infirmitatem heredis, neq; hereditas priuat hæreditarijs bonis, et si aliqua infirmitate laboraret: Ita nec nos eramus priuandi altera specie, propter quamcunque etiam nostram infirmitatem.
- 16 Qui ita solliciti fuerunt in testamento Christi mundo, et adhuc hodie sunt, illi sua prudentia, inostilitia præjudicant prudemias et sapientias Christi.
- 17 Eadem ratio præbuit Papistis et additionis causam. Hi enim, cum uiderent tantam maiestatem nobis dari in sacramento, ex admiratione summae illius maiestatis moti fuerunt, et uarias ceremonias, diuersosq; cultus instituerunt, qui cum uerbo dei carent, nihil sunt.
- 18 Ridicula ac uana est illa similitudo, qua nititur Papistæ circa hoc sacramentum, pomposas illas ceremonias probare. Quemadmodum inquiunt, solemus nos preparare in magni alicuius principis aduentum. Ita quoque æquum est, ut nos in aduentum Christi, ad hoc sacramentum uenientis, paremus. Intemio quidem bona est in speciem, sed sine uerbo dei impia. Alia etiam ratio est cum deo, ac cum hominibus.
- 19 Nec admittimus ullā externam præparationem ad hoc sacramentum, qua studemus nos tāto sacramento dignos reddere. Sed ille uerè est dignus ac probè paratus ad hoc sacramentum, qui credit in uerba Christi: pro nobis datur, et effunditur in remissionem peccatorum.
Verum

20 Verum cum damnamus præparationem, qua stude-
mus nos dignos reddere. In crimi non permittimus, ut o-
mnem modestiam exuamus, et neglecta omni reverentia
ad sacramentum altaris, ut sus ad stabulum proruamus.
Hinc et Augustinus dicit super Ioannem: Accedens de-
bet esse plenus sanctimonia.

21 Arcendi sunt quoque ab hoc sacramento, idq; de-
mire ueteris Ecclesie, qui manifestis criminibus sunt
obnoxij.

22 Verbum, panis et uinum, sunt de substantia huius
sacramenti, quæ res cum adsunt, non est ulterius dispu-
tandum contra perfectionem huius sacramenti. Sic siue
boni siue mali sint ministri. Sic siue credat, siue non, qui
accedit ad hanc Coenam, tamen sacramentum perfectum
est, propter prædictas principales causas. Vide locos su-
præ citatos de baptismo ex Augustino.

23 Patres duplicem huius sacramenti manducationem
ficerunt, à quorū exemplo non recidemus: Alteram uo-
carunt corporalem siue sacramentalem, quæ ore fit tan-
tum: Alteram spiritualem, quæ fide fit.

24 Corporalis sine spirituali facit nos indignè edere
& bibere corpus et sanguinem Iesu Christi.

25 Spiritualis sine corporali apud Christianos qui
die fit, cum spiritualiter implantantur Christo per fidem,
ut maneat ipsi in Christo, et Christus in ipsis, de hac
manducatione spirituali loquitur totum & cap. Ioan.

Quæ

CATECHISMVS

26. Qui recte uti uult sacramento, illū oportet utrūque mandationem coniungere. Et ut Verbum à fide non licet utiliter separare: Ita nec spirituale mandationem à corporali, & viceversa.
27. Confusio utriusque mandationis, nostris diabolis errorem de hoc sacramento peperit.
28. Sacramenti altaris præcipuus effectus est remedio peccatorum. Reliquos mutuantur ex natura signorum, qui sunt: excitare, erigere et mouere cor ad credendum, testari de benevolia dei erga nos uoluntate &c.
29. Qui prædictos effectus admittunt sacramento altaris, illi tradunt ociosum, & sine omni fructu sacramentum.
30. Si sacramentum altaris præter discretionem, utilia iungi, nihil aliud commodi adferret, sanè perquam evanesceret eius usus, propter quem instituisse Christus tantum signum.
31. Quod nos tribuimus sacramento altaris, excitationem et erectionem fidei, id non temere facimus, sed veteris Ecclesiæ consensu, quem & approbat experientia illarum uirtutum, quas experiuntur conscientie post communicationem, & in communione.
32. Qui tantas sacramenti uirtutes capere non possunt, ille coniiciat animum, oro, ad uirtutes, & potentiam uestram, quod & ipsum contemptum, tamen parat in nobis fide, iuxta illud: Fides ex auditu est, auditus uero per uerbum

ERASMI SARCE.

¶

11. *Bum dei. Quid ergo mirum, si et sacramentum excites
ac moueat cor ad fidem, cum hoc sit uisibile uerbum?*
12. *Errant Papistæ, qui sacramento altaris uim iustificandi attribuunt, idque ex opere operato.*
13. *Sic enim sacramentum altaris iustificaret, sequeretur iustificationem habere diuersas causas, immo à se in uitam alienas, uidelicet, sacramentum rem per se uisibilis, & fidem, quæ in corde residet, & inuisibilis est.*
14. *Remissio peccatorum sequitur, propter fidem in herba Christi: Quod pro uobis datur et effunditur, non propter externum edere aut bibere.*
15. *Errant, qui sacramentali manducactioni partem iustificationis, partem fidei uendicant.*
16. *Errant, qui ex sacramento altaris sacrificium faciunt, applicandum pro uiuis & mortuis, in remissionem culpe & poenæ.*
17. *Errant, qui certum tempus prescribunt ad sumendum Coenam dominicam.*

FINIS.

M. D. XXXIX.

... and the like.

Consequently, the author of the

present work has been compelled

to follow the general course of

the history of the world, and to

endeavor to give a sketch of the

most important events which have

occurred during the past century,

and to point out the causes which

have led to the present state of

things. In this way, it is hoped, the

student will be enabled to form a

correct judgment of the present

state of affairs, and to understand

the causes which have led to the

present condition of the world.

The author has endeavored to

make the work as simple and

easy to understand as possible,

and to give a clear and distinct

account of the most important

events which have occurred during

the past century. The author has

endeavored to make the work as

simple and easy to understand as

possible, and to give a clear and

distinct account of the most impor-